 Quippe leuis labor, & longa sub nocte quiescunt,
 Nutrimentum ingens, vobis uberrima mando,
 Agricolæ, faciliisque dies transire labore,
 Hæc seruanda tibi, donec nox aqua diebus,
 Atque iterum serio committit semina terræ,
 At dum sexdecies sol arduus occidit vndis,
 Hypernum post solstitium, sacrosque relinquens
 Oceani fluctus sublimi Arcturus Olympos
 Exoritur, primumque cupit splendescere sidus,
 Tunc vites incide: noui neque nuncia veris,
 Antiquos iterans questus præcedat hirundo.

Dum

Dum tamen immenso effundit Pleias æstus,
 Profiliensq; vmbrosa petit plantaria limax
 Tellure è sicca, tunc vinea nulla lagonem
 Sentiat, aëcerentque vnaera falce ministri
 Maturam in segetem, nec te pulcherrima Tempore
 Deçineant segnem, matutiniq; soperes.
 Eia age rumpe moras, pelle ocia segnia, pelle,
 Dum vocat alma Ceres, robustaque collige farra,
 Pone domi quantum toto zibi sufficit anno,
 Manè operi assurgens: operis pars tertia manè
 Conficitur, labor haud grauis est, de manè viator
 Longum liuquit iter, taurosq; exercet arator,
 Præterea sus dum scolymus florentia mittit
 Germina, & in ramq; dulces resonare cicadas
 Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus alis.
 Fit clytra tunc mollis, tunc sun-dulcissima vina,
 Fornixaq; vrenti veneris prurigine corpus
 Appetit insanos coitus: lasiantur ab æstu
 Membra virtum, tantumq; potest vis ignea solis.
 Tunc lacet ardores gelida reteuare sub vmbra.
 Fontis ad apricos latices, semperq; fluentis
 Murmur a quæ faciles quam circum leniter auræ
 Aspirant, Zephyris plerunque agitantibus illas.
 Hic hilares latus cyathos & pocula sume
 Biblina, ter infusa magis quæ temperet vada.
 Hic tibi ab vberibus caprarum caseus astet,
 Quæ nullos pascant foetus, hic laeta liba,
 Hic tibi sylvestris ponatur caro iuuencæ,
 Quæ nondum enixa est: hic mollior hœdulus adfitt,
 Et iaceas saturus patula sub tegminis vmbra.
 Surge tamen, celo dum fulget Orionis astrum,
 Tempus adeat Cereri factas terat area fruges,
 Ad ventos posita, atq; ingenti æquata cylindro,
 Nec nisi librata ducantur ad horreæ messes.

Postquam autem satis ad viatum tibi contulit æstas,
 Continuò cui nulla domus sit quare ministrum:
 Adde etiam ancillam, quæ sit sine prole: molestum est,
 Ac graue seruitum illius, quam cura temordet
 Natorum. blandire cani, panemq; ministra,
 Peruigil ante fortes sedet ille domumq; tueretur.
 Dente rapax, furiq; altis latrribus instat.
 His properè exactis, scenum paleasq; reconde,
 Hemionos quantum satis aenutrire iuences,
 Inde laborandi requies præbenda colono
 Tempus & exhaustis pariter iuga demere tauris.
 Dom tamen in media cœli statione resulget
 Sirius, Orionq; loco splendescit eodem,
 Et ressa Arcturi cernit Pallantias astrum,
 Tunc ruas tenero abscedas de corpore matrum,
 Per bisquinq; dies tepido sub sole iacentes
 Pande: dies etiam mollescant quinq; sub umbra,
 De hinc torque, & capiant vegetes, iucunda Lyai
 Munera. sed fidus cum deficit Orionis,
 Pleiadesq; Hyadesq; cadunt, meminisse iuuabit
 Protinus impresso subuertere vomere terram.
 Scat tempestuo cuncta exercere labore.

Si tamen infestum iuuat ire per æquor, & alta
 Puppe vehi, moneo ne quando ab Atlantide natas
 Orion sequitur, totoq; excludit Olympe,
 Ut videas illas medio submergere ponto,
 Nauigio incumbas, mare tunc tollentibus Euris
 Obscuram vndosos iaculatur ad æthera fluctus.
 Tunc igitur iaceant religatae ad littora puppes
 Saxorum obnoxia obijcibus, ne forte ruentes
 Discutiant ventis: pateat pars ima carinæ,
 Nec pluviam excipiens putri marcescat ab imbre,
 Instrumenta domi naualiaq; arma quiescant
 Pensæ, gubernacliaq; exploræ robora famus,

Interea Cereris sacros operare labores.

Nec prorsus fugiendus ager, labatur in altum.

Aequor amica ratis, dum non magis vnde tumescit,

Nec refluunt vasti sublato gurgite mantes;

Vadat onusta tamen censu redditura superbo.

Sic meus ille quidem genitor, dum pauper egeret

Errabat maria alta lecans fluctusq; profundos.

Ille olim Aeolidam curuataq; littora linquens,

Appulit huc non spe lucri commotus auara,

Durum opus exercere inuisa vrgebat egestas.

Ille vagus demum prope Temp^e Heliconia sedem

Ascream incoluit, cœli in regione molesta.

Frigore nunc nimio, nunc quæ intolerabilis astu est,

Tempore quoq; suo iuvat exercere labores;

Nauigium ante omnes: cuius si te villa remordet

Cura, placetq; altos sulcare per aquora fluctus,

Bum faciles spirant venti, & furor ille quieuit,

Nec te inuisa fames alieno vivere parto

Cogat, & inuitus ciuiorum debitor extes.

Vade nec in cymba, sed te rehat ardua puppis,

Indentes referant centus in gentia mercis

Pondera. Præterea quæ sunt aprißima nautis

Tempora narrandum est: quanquam mihi patua per vna

Vita fuit, vixq; ex illa tantum Aulide cursus (das

Littus ad Eubœum, sub quo omni^g Græcia quondam,

Dum pelago deseuit hyems, conuenit in vnum,

Et merito infando fatum lucratur in hostes.

Inde mihi placuit non longè ad Chalcida cursus,

Huc ubi magnanimum genus Amphidamantis Achivi

Constituunt populis certamina, & inclita quondam

Munera defuncti ponunt in honore parentis.

Hic ego me dulcis referentem præmia cantus

Aurato memini tripodas, quos spacie dicasui

Mularum ante aras, quibus intra Heliconia curæ,

Illa rbi me prijum dulcem docuere poesin,
 Tantum igitur mihi res naualis cognita surgit.
 Dicam aliquid tamen, & varios pandam ætheris vslus,
 Hæc etiam nobis alpirauere Camenæ.
 Aequora tuta legant instructo remige puppes,
 Quum decies quinque est series exacta dierum,
 Aestuum post solstitium & iam deficit æstas.
 Nam neq; tunc clades, medio nec nauira ponto
 Obruitur: ni fortè velit Louis alta portas,
 Aut Deus, ipsarumq; parens Neptunus aquarum.
 Exitus omnis in his rerum manet, exitus omnis.
 At lenes spirant Zephyri, tranquilla quiescunt
 Aequora tunc celerem ventis committe carinam.
 Vadat onusa: tamen redditum properare memento,
 Quam prius ipsa nouos fundat vineta liquores
 Autumniq; imbres, & hyems infasta procellis,
 Aut notus insurgat pluvia torantibus alis,
 Incumbatq; mari, totumque euoluat ab imo.
 Exercent etiam studium nauale sub ipso,
 Vere novo, cum se tam latas arbor ab alto
 Induit in frondes, quantuan vestigia cornix
 Pandit humi deprecta: silerunt nabilis vnda.
 Ast ego nauigium graue tunc, semperq; molestum
 Crediderim. hoc naturæ homines lexitate nefanda
 Subtraxere, agitant diuersa pericula fluctus:
 Et tamenire placet, quoniam mors dura sub vndis
 Divitiaz fuit hominum, atq; infanus habendi
 Ardor. Ad hæc animum germane intende parumper,
 Concipe fratnos monitus, maria alta secando
 Fac regum ne cuncta vehas, maiora reserua.
 Nec nimis est oneranda ratis, sit ponderis æqui,
 Quidquid in hac durum est, aduerso occurtere fato,
 Fluctibus in medijs currus discinditur omnis,
 Si gravius superinstat onus: fernare plemento

Mensag

Mensaram in rebus, & idonea tempora ad usus,
 Quum propè ter decies tibi vita elabitur annos,
 Conubium matrum aderit: decimumq; puella
 Exigat, & quartum, sed quinto nubat: & illa
 Virgo sit, atq; habitet prope te, qui sedulus astes,
 Sedulus inspicias artemq; usumq; puellæ.
 Hæc age, ludibrio ne te vicinia cauter.
 Coniuge nil melius calta, nil turpius illa.
 Quæ venerem prurit sine hys, & prostat ad omnes
 Semper, & exitio super imminet illa virorum:
 Nemo etiam fratri in amore æqueretur amicus.
 At par si quis erit, sit amandus tempore in omni,
 Nulla ex te incepsum fœdus discordia soluat.
 Mentiri scelus est, præstat compescere lingue.
 Infandata, si vim tibi quisquam inferret amicus
 Aut ore, aut manibus, surge & te viciscere, redre,
 Redde vicem duplcem, quod si illum pœnitent acti,
 Ac pœnam implorans iterum te exoptat amicum,
 Suscipe, vile quidé est, homines noua querere semper
 Fœdera amicitiæ, multos si frater amabis,
 Non laudo: nullos etiam; medium sit in isto:
 Si tibi corda tument, vultus non indicet iram:
 Turpe sequi sceleratum hominem, maledicere cuiquam
 Infandum est qui iam vita laudatur honesta,
 Nunquam à te nunquam misera obiurgetur egestas:
 Diuinum donum est, diuinoq; æterna voluntas,
 Illa quidem, quæ sepe viri sublime molesta
 Impedit, ingeniumq; vetat super alta leuari.
 Qui oloquitur parcè, linguam nec in omnia soluit,
 Thesaurum præse gerit ille, ea gratia magna est,
 Ut lingua moderes, pensataq; verba loquaris.
 Si quenquam verbo lædes læderis & ipse
 Grata in amicorum venias conuiuia sumptu
 Communi, dato partielam, gratissima sunt hæc

Acra

Acre Ioui vinum, seu dijs, de mane esuendum est.
 Illauta libare manu, tum vota precando
 Incassum fundes nulli ex audita deorum.
 Solis ad aspectum nec quenquam mingere fas est,
 Nocte sub obscura recto neque corpore nudo,
 Nox quia sacra deis, media nec credimus illud
 Posse licere via: si declinetur ab illa.
 Esse etiam veritum: diuus vir, & omnia noscens.
 Harenz parietibus sedet, atq; exponit vrinam
 Intus, vbi orbatae tenuis latet angelus aulae.
 Non coitu polluta sacros genitalia pandas
 Ante ignes neq; cum dulci tibi coniuge praestet
 Concubitum, ut generes, dum mortale a funere tristi
 Mente redit, superum sacra, sed latus ab ara.
 Credimus inuisum superis, semperq; molestum,
 Qui natat assiduo labentia flumina cursu,
 Qui sit lota manus prius, & pia vota precessq;
 Fudrit, ante ipsas supplexq; orauerit vndas.
 Infandum ante aras vngues incidere, cum dijs
 Sancta facis: scelus est cyathos imponere vas
 In quo vina latent, sacros operare lebetas.
 Nil tibi, cum in sacris etiam hinc lauisse nefandum est,
 Perfice recta prius, quam cornix garrula ab alto
 Nunciet atram hyemem, ruit haec inimica procellis;
 Fac sedeat bis sex quibus ætas exigit annos,
 Aut totidem menses natorum chara propago,
 Sede sub instabuli, iuuat hoc omnemq; repellit
 Segnitiem: facit esse agiles, & ad omnia promptes.
 Fœdum ac turpe virum est theranis muliebribus vti,
 Hoc prorsus fugiendum etiam: stat talibus atrum
 Supplicium, ante aras superum obiurgare, nefandum est,
 Sacra ministeria ac diuinos spernere cultus.
 Nec licet in fluviis, neq; fontis mingere in vnda,
 Sit quoq; turpe aliud veritum, fuge pessima fama

Nomina

Nomina, fama malum, facilè in sublime leuat:ur;
 Est graue sufferti nimium, nimiumq; molestum,
 Difficile ut taceat, nunquam delabitur illa,
 Sedula quæ varia populi penetravit ad aures,
 Est Dea fama quidem, sunt ipsi numina famæ.

D I E S.

Sit tibi præterea series seruanda dierum,
 A Ioue natæ omnes, sunt à Ioue tempora natæ
 Vixima mensis erit nullo exercenda labore,
 At genio vtendum est: illa omnes festa per vrbes
 Dicitur, illa forum claudit neque iura resoluit,
 Prima dies sacra est, & quarta, & septima prima
 Natus Apollo die radiantia lumina fudit,
 Luce dein quarta felix ducenda sit vxor,
 Omniae captato sunt omnia prospera rebus,
 Et licet incuruam trabibus componere nauim.
 At quintas fuge: namque illarum pallidus Orcus,
 Tum dire Eumenidum facies tote orbe vagantur.
 Castigant, si qua in terris periuria falsum
 Affirmant, quæ lis alterne agitata creauit:
 Sextadies tristem ostendit mulieribus ortum;
 Læta viris: multiq; etiam nascuntur in illa,
 Quæis mala mens, fallax animus, fallacia verba,
 Et qui coacubia exercent arcana per artem,
 Hac ouium foetus licitum eastrare, vel hædos,
 Et licet infixa pecudes circumdare mandra.
 Scindimus octaua foeto genitalia tauro,
 Castramusq; Iues, fœlix est ponere plantas;
 Nona viros gigni, vel amica sorte puellas.
 Luce viris decima faustos quoque credimus ortus,
 Vnaquæ post decimam felix incidere vites,
 Et tempestiuam segeti supponere falcem,

Q

Hoc

Hoc curat bis sexta etiam, felicior illa,
 Stamina & ex alto tenuissima torquet arachne,
 Ingentem accumulant formicæ farris aceruum,
 Et iuuat arguto pereurrere pectine telas,
 Tunc quoque sylvestres licetum castrare iuuencos.
 Tertia post decimam plantaribus optima surgit,
 Spargere semen humi, pallet contraria semper.
 Quartaque post decimam mulierum prospera natu,
 Ac prenos domitare boves, validosque labori
 Hemionos, canibus faciles adiungere cultus,
 Ac lenire manu, pecudique imponere mores;
 Atque aperire cados & dulcia fundere vina.
 Sextaque post decimam plantaribus invida surgit,
 Opportuna viros nasci: sed iniqua puellas
 Aut nasci, aut thalamos petere, aut hæcere maritis,
 Septima post decimam Cereris terat hordea sacra,
 Ingentemque licet ferro discindere syluam.
 Ac varias aprire trabes, quibus ardua tecta
 Moliri, ac structam possis agitare carinam,
 Nonaque post decimam felix est; cum Dea surgit
 Lutea: sed medium cœli, cum venit in orbem.
 Fit grauis ex media ad finem lætissima folget.
 Proxima lux sapientem hominem diuina creandi
 Insigni viget officio, nec luce dolendum est,
 Post illam quarta sacra est ea læta trahantur
 Gaudia. quinta dies post hanc, iuga curua iuuencis
 Posit & hemionos & colla exercet equorum,
 Altaque veliuolas dedit ad æqua puppes:
 Quam pauci nouere, & recto nomine dicunt.
 Sunt harum humano generis: seruanda dierum
 Tempora quippe illud magnis successibus augent.
 Sunt aliae ancipitesque tamen sine mente, neque ullo
 Officio excellunt, hanc alter laudat & illam,
 At paucis natura illarum cognita surgit.

Nam

Nam nunc ipsa dies totum complectitur orbem
 More pia matris, sauz modò more novitæ:
 Nunc fulget, nunc atra later, felixque beatus
 Ille quidem, qui Dijs gratus, cui cognita sunt hæc,
 Omniaque inspiciens rerum se exerceat ad vius.

F I N I S.

HESIODI OPERA ET DIES, VLPPIO FRANE KENSI FRISIO INTERPRE te, ita ut versus versu respondeat.

M Viz Pierides, præstantes laude canendi,
 Adsit, patrem celebrantes dicite vestrum:
 Dicite cur homines in ter sit nobilis ille,
 Conspicuusque, hic obscurus & Louis illa voluntas.
 Nam facile extollit, facile elatumque refrenat,
 Et clarum obscurans, obscuri nomen adauger,
 Brigit & miserum facile extinguitque superbum,
 Iuppiter altisremus, cui celsum regia cœlum,
 Audi cuncta videns, noscensq; & dirige recte
 Hæc oracula, ego sic Persen vera docebo.
 Scilicet in terris gemina est contentio, verum
 Hanc animaduertens aliquis laudarit, at illam
 Dixerit esse malam: sibi nam contrariæ vtræque
 Seminat illa etenim bellum, litesq; malignas
 Hinc hominum nulli grata est: sed sepe sequuntur
 Atque colunt illam, Dijs instigantibus ipsis.
 Alteram at ipse (etenim prior atra nocte creata est)
 Terris imposuit summi regnator Olympi,
 Iupiter, at longe mortalibus utiliore.
 Namque facit segnum quamuis meminisse laboris.

Q. 2

Qui

Qui cernens alium ditescere, dum piger ipse est,
Festinat quoque arare, & humi defigere plantas.
Tum curare domum: nam vicino ænulus vñq;
Vicinus ditescenti, ac pugna vtilis hæc est.
Sic figulus figulum, sic & fabrum, faber odit,
Sic vates vatem male fert, sic Irus & Irum.

Ast immittit tuis hæc Perse cordibus imis,
Ne mala sic placeat, nulla vt sit eura laborum,
Lis tibi, clamoras rixasq; forumq; sequenti.
Ille etenim lites fugere & conuenire debet,
Cui non plena domus, cui non sunt horrea plena
Maturi fructus, Cereris quem terra dat alma.
Huius si sat habes, age iurgia dira moueto
Ob res alterius: mecum facere amplius istud
Haud licet, at potius rursum causam experiamur
Iudicijs rectis, quæ vel Deus optima dicat.
Quum fieret nostræ sortis diuiso, rapta
Plurima iudicibus sic corrumpendo dedisti
Donioris: hanc qui cupiunt decernere litem,
Stulti, quos latet, vt totò sit dimidium plus,
Et quanta in molli maluæ asphodeloq; voluptas.
Quippe occultauit homini aunc aumina victum,
At quondam tantum facile vna luce parasset
Vnde anno segnis potuisses viuere toto:
Continuò ad fumum licuisset ponere stiass,
Ac tibi cessarent operæ mulumq; bœumq;
Abdidit at pater hæc, iratus pectorè secum,
Imposuit quod ei versuta mente Prometheus.
Hinc generi humano mala tristia plurima struxit,
Primum occultauit sœnis mortalibus ignem,
Quem satus Iapeto rursum est furatus in vñm
Humanum, in ferula deportans clam! loue summo.
At pater offensus, verbis est talibus vñs:
Qui superas cunctos è calliditate Prometheus,

Ob me deceptum ac sublatum latus es ignem:
 Sed dolor hinc ingens tibi erit, cunctisq; futuris.
 His dabo namq; malum, mihi quod furatus es ignem,
 Ob quod gaudebunt cuncti, proprium malū amantes.

Sic dixit, risitq; parens hominumq; Deumq;
 Vulcanοq; iubet, properanter fingeret vdo
 E limo plasma, huic vires hominisq; loquela
 Inderet, ac vultu cœlestibus assimilaret.
 Virginibus, forma effingens pulchra; inde Mineruam
 Cum textura alias artes quoque tradere mandat.
 Et Venerem, capiti speciosum adhibere decorem,
 Atq; comes desiderium curasq; voraces:
 Addere fallaces mores, mentemq; caninam:
 Mercurium iussit, tibi qui caput abscidit Arge.

Dixit, & implebant patris omnes iussa volentes.
 Extemplo è terra primus pede claudus vtroque
 Multiber effinxit diuī simile omnia plasma.
 Ac cinxit, varieq; ornauit cæsia Pallas,
 Undique per totum Charites, suadelaq; corpus
 Contorta ex auro posuere monilia fulu.,
 Pulchricorū vernis cinixerunt floribus Horæ
 Apravit reliquum mundum Tritonia Pallas.
 Instruxit peccus Maia genitrice creatus.
 Africiam imponens, mendacia verba delosos
 Mores; consilium Louis hoc erat, invidie idem
 Preco Dcū nomen mulieri, nomine recto
 Panderam appellans: illam quod quisq; Deorum
 Dono donārat, quod non hominum fuit ex re.

Postquam igitur factus dolus insuperabilis esset
 Tum pater omnipotens cum dono Epimethea adire
 Iussit Mercurium, qui nuncius astricolarum est.
 Immemor ast erat hic, frater quod iussierat olim,
 Ne Louis acciperet donum, sed speneret à se
 Dimitrens iterum ne cladis origo sit orbi:

At miser accipiens, malum habens tum denique sensit
 Ante Epimethei erratum mala cognita nulla
 Prorsus erant facilis, sed vita erat absque labore,
 Difficiles aberant, morbi senium accelerantes.
 (Namq; statim inq; malis homines morbosq; senescunt)
 At mulier digitis dum tollit opercula vas,
 Omne malum, lœdēs homines graue, sparsit in orbem,
 Sola ibi se infirmis tenuit spes ædibus, intus.
 Pyxidis ad labrum latitans, non euolat extrā,
 Atque etiam citiusq; rursum vas tegmine clausit,
 Consilium, mentemq; Iouis Pandora secuta.
 In terram exiliit reliquum genus omne malorum,
 Hinc mare nunc illis est plenum, plenaq; terra,
 Nocte dieq; homines miteros inuadere nunquam
 Exangues cessant morbi, mala multa ferentes.
 Et tacitè adueniunt, nam vox est à Ioue dempta:
 Sic non vlla Ioui mentem euitare potestas.

Nunc aliud referam, si non audire graueris,
 Ordine quoque suo memorans, tu mente reconde.
 Postquam vna nati Dij mortalesq; fuerunt,
 Primum fecerunt hominum genus aureum, Olympi
 Qui celsas habitant ædes Dij sine carentes.
 Hiq; homines cœli Saturno sceptrâ tenente,
 Viuebant, & erat Dij vita gemmilla, curis
 Aerumnisq; vacans nunquam quassata senecta,
 Robore semper erant simili manuumq; pedumq;;
 Perpetuas epulas agitabant pectori laxi,
 Mors accedebat tanquam sopor illa fuisset,
 Comoda nulla aberant, immensos terra ferebat
 Sponte surfructus, illi sine murmure donis
 Diuum viuebant, inter se pace frumentos.

At genus hoc postquam tellus contexit in alio,
 Continuò facti sunt Diui mente Tonantis.
 Atque colunt terras, hominum custodiam agentes,

Qui

Qui nunc quid iustè obseruant, quid satimique.

Aere vestiti, per agrantes vndiq; terram,

Divitias tribuunt, regale hoc munus eorum est.

Inde genus superi fecere argenteum Olympi,
 Longè dexterus multis in partibus aureo.
 Haud mentis probitate valens, haud indeole tantum.
 Tempore ad hoc hominū, bis quinquaginta per annos
 Matris lacte domi viuebat parvulus infans,
 Sed cum pubertas iam plenaq; contigit ætas,
 Tempus ad eniguum post illis vita manebat.
 Plusima viderunt mala, namque iniuria nunquam
 Mutua cessabat, reverentia nullā Deorum,
 Nullus erat cultus, nulla aris sacra ferebant,
 Ut mos est alijs mortalibus; hinc pater ales
 Iuppiter accensus, merita illos perdidit ira.
 Quod superis nullos dare dignarentur honores.

At genus hoc postquam tellus quoque texit in alio
 Illis sub terris sedes habitare secundas
 Sunt iussi, atque illic non sunt ab honore remoti.

Aeneum at hinc hominum gens alti rector Olympi
 Iuppiter & quandum non parte argenteo in ylla,
 Quercubus ex duris fecit durum validumq;;
 Mars erat his cordi, & vesana libido, nocendi.
 Non frugem ederunt, adamantis pectus habentes,
 Infandum suberat robur, fortisq; lacerti
 Pendebant de humeris, membra omnia crassa ferebant
 Arma quidem ex solido constabant ære, domusq;
 Omnia (adhuc ferro tunc ignoto) ex ære parabant
 Vita illis proprio manuum finita furore effecit.
 Atraq; Plutonis nullo cum nomine regna
 Intarunt, quamuis fortes, quamuisq; superbos..
 Mors tamen inuasit solemq; relinquere fecit.
 At genus hoc postquam tellus quoque texit in alio,
 Iuppiter in terris, Saturni filius inde

Rursum aliud fecit, quartum præstantius atq;
 Iustius herorum genus, ipfis æquiparandum
 Dij, ac semideos hos secula priora vocabant.
 Abstulit at nimius bellorum ardorq; furorq;
 Hos, septem geminæ Cadmeæ ad moenia Thebes
 Ob sua pugnantes pecora, atque ipsum Oedipe regnum,
 Illos nauigio sala per spumantia ponti
 Ad Troiam vectos, te propter Tyndaris alma,
 Oppressitq; illic mors ultima linea rerum,
 Iuppiter ac simul hos ad mundi extrema removit,
 Longè à terricolis tribuens vitamq; domoq;
 Atque quidem læti semper vacuiq; dolore
 Calcant Elysios campos prope littora vasti
 Oceani, hic illis dulcem vnoquoque ter annœ
 Effundit fructum mater gratissima Tellus.

Dij veniam quinta mihi vitam aetate negassent,
 Sed nascendus adhuc miser essem: aut mortuus olim:
 Ferreum enim nunc est genus, intermissio nunquam,
 Nunquam finis erit noctuè dieue malorum,
 Perpetuis hominum Dij stringent pectora curis.
 At aliquando malis his succedent bona rursum.
 Namq; pater genus hoc hominū quoq; morte doma-
 Vtraque quum fuerint iam cani tempora facti (bit
 Nec similis nato genitor, nec filius illi:
 Nec socius socio, nec fidus suscipienti
 Hospes erit, proprio nec fratri frater, vt ante:
 Despiciunt leuio fessos sine honore parentes,
 Insuper audebunt duris incessere verbis
 Vt pote nec numen reverentes, adde quod ipsi
 Diræ seni patri proles alimenta negabit.
 Ius erit in dextra, suaq; alterna oppida seindent.
 Vir bonus aut iustus nullius fiet honoris,
 Sed magis insignem sua per scelera atque rapinas
 Suscipient, cedet ius dextræ, nec pudor ullus

Notus erit, fallet probum & improbus, ore doloso
 Verba obliqua loquens, periuriaq; insuper addens,
 Denique luor edax, pallens, tristisq; malisq;
 Alterius gaudens, homines le sparget in omnes:
 Tum pudor & Nemesis, duo maxima numina, cõli
 Antiquas repetent sedes, velamine corpus
 Obrecti niueo, terramq; hominesq; superbos
 Gaudebunt liquifle, quibus tamen ægra relinquunt
 Tot mala, quæ nullo poterunt medicamine tolli.
 Nunc age, principibus referam, doctis licet ipsis,
 Fabellam: Accipiter sic persuasi ad aedona dixit,
 Alta in nube ferens, conuellensq; vnguis atris,
 Hæc miserè eluxit curvo lacerata sub vngue,
 At fuit accipitri vox illa tyrannica diro:
 Quid garris demens? nunc longe fortior in te
 Ius habet, hæc tibi cantrici, qua duco, sequendum,
 Nunc mihi si placeat, tibi parcam, aut cena futura es.
 Stultus, matori cupiens contendere contra,
 Vincitur, atque ignominiam cum clade reportat.
 Sic sit Accipiter, fulcans celeri aera penna.
 Tu sequere ò Persic iustum, iniustumque relinque,
 Nam multum petulans homines iniuria laedit,
 Quam vir ferre nequit patiens, quin corde mouetur
 Cladem villam accipiens, melior sic semita monstrans
 Iusticiam, cedit quoque tandem iniuria iuri,
 Succumbens, stultus non nouerit hoc nisi passus.
 Iamq; statim comes est iuri periurium iniquo.
 Iusticia huc sequitur, trahitur quoconq; ab auaris
 Iudicibus, quos lege sinit decernere iniqua.
 Hinc lacrymans urbis vicos populumq; porerrat
 Aere recta, illis secum mala plurima voluens,
 A quibus exacta est, fraudataque partibus æquis.
 Qui vero externis & ciuibus omnia iuste
 Distribuunt, nil sicutentes à tracte recto.

His viret vrbs populiq; vigent, atque omnia florent,
 Pax iuuentum nutrix usque est, non horrida bella
 Latini dens illis immittit Iupiter unquam.
 Nec populos inter rerum villa penuria iustos,
 Insumunt epulis in sacris parte labore,
 Terra dat immenos fructus, in montibus aeternus
 Quercus fert glandes caput, est apis incela ventris
 Grex ovium lana per agros incedit onus, et
 Et similem sobolem genitrices partibus edunt.
 Denique cunctarum rerum ubertate fruuntur.
 Non scandunt naves, tellus victum alma ministrat.
 At quibus est cordi mala vis, malefactaq; dira,
 Destinat exemplò Saturnius æthere pœnas,
 Nominis sepe viri scelerati vrbs plectitur omnis,
 Qui peccet, faciatq; Ioui non facta ferenda.
 Verum ut subiectam mala quæ Deus æthere mittit,
 Dat cum peste famem, testa omnis plebs cadit igni
 Incedunt sterili mulieres, ventre, domusq;
 Ac stirpes pereunt, lupero id rectore volente.
 Agmina qui nunc sternit eorum aut moenia frangit,
 Currente, rates disrumpit in æquore fauus.
 O vos qui regitis terras, aduertite mentem
 Huc ad iusticiam, quoniam superi prope nos sunt
 Dii, qui cuncta vident, & eos qui per mala iura
 Defraudant altos, spreta ratione Deorum,
 Ter numerum exuperant cœlestia numina terram
 Quæ nobilicam habitant, in tutelam data nostrum,
 Illaq; quid iuste obseruant, quid fiat inique.
 Aere testa, omninem pedibus, peragrandia terram.
 Ipsaq; iusticia est virgo Ioue nata parente,
 Clara Deos inter superos reverendaq; multum.
 Quam si quis violerit, merito ne fraudet honore,
 Continuò ante pedes residens patris Iouis alti,
 Humanæ exponit mentis scelera, & dare pœnas

Vult fraudis populi rectores, qui sacra iura
 Detorquent mala ducit ob nūnūm sententia fertur,
 Sed inemor dū iudex horum, tua dirige recte
 Iudicia & capiant te obliuia turis inqui,
 Noxius ipse sibi est, alij qui querit cibesse,
 Consiliumq; fmalum danti fert maxima damna
 Perfpicit ac tentit sacrum Iouis omnia lumen,
 Nunc videt & nobis quid agatur, si velit illum
 Nec latet hac quondam ius exercetur in vrbe,
 At ego mortales inter iustus minime esse,
 Filius, aut iidem, si peccatum foret, esse
 Iustum, aut præmia si iniustum manerent;
 Talia, sed minimè est facturus Jupiter vnaquam,
 At immittit tuis hæc Perse cordibus imis,
 Audi iusticiæ, vñmq; obliuiscere diram.
 Hanc etenim legem nobis Deus ipse reliquit,
 Piscibus ac nemorumque feris, aubusque se ut ipsa
 Inuicem edant; iuris quia non discrimin in illis
 Iusticiam nobis, quæ præstantissima longè est,
 Tradidit, & quoties audet quis dicere verum
 Existens testis, Deus huic dat prospera cunctas;
 Qui dum testis adeat, temerè perirex iurans
 Mencitur lædens hic ius, magelæditur ipse.
 Nam genus ipius perit, atque extinguitur omnis;
 At genus in claro iusti post nōmine viuit,
 Nunc tibi præcipue memorabo salubria Perse.
 Scilicet ex vitijs facile est vel prendere turbam:
 Nam via non longa est, foribus vicina morantur,
 At regina graui virtus sudore paratur,
 Est via difficultis, præceps, longa, aspera ad illam
 Principiò, postquam iam stas in vertice summo,
 Tum facilis, tum fit dulcis, licet ante molesta,
 Optimus ille vir est, primusq; sibi omnia noscens
 Consulere expendens quæ post prodesse valebunt,

Sed

Sed bonus hinc ille est, audit qui recta monent.
 Qui sibi consulere ignorat, nolitq; monenti
 Auscultare alij, nullutq; & inutilis hic est.

Sed tu nostra animo semper præcepta reueluens,
 Esto operi intentus Perse divine, fames vt
 Te premat inuidia Cereri, sed amore pudice,
 Illa tua omnigeno sic implet horrea victu.
 Ecce fames comes est homini certissima pigro.
 Adde quod hunc odio superiq; hominesq; sequuntur,
 Quisquis sagittia fucos imitatur inertes,
 Quotum venter apum consumit pars labore,
 Ocia agens: sed opus tu quodq; in tempore cura.
 Horrea vt accipient maturum in tempore fructum,
 Ditescunt homines ex sedulitate laborum,
 Quin operans fies multo mortalibus & Dijis
 Chariort his odio, cui corpus torpet, habetur,
 Turpe labore non est quicquam, sed inertia turpe.
 Tu studio, ad studium quoq; perstimulabis inertem
 Ditescens, at opes virtusq; decusq; sequuntur,
 Dijis similis fies, melius nil ergo labore;
 Siq; nec alterius cupiens rerum, vsq; laborans,
 Ut uibeo proprium studeas acquirere victum.
 Ut ilis haudquaquam est homini puder hospes egeni,
 Nunc iuuat ille virum, nunc officit ille vicissim.
 Vir pudibundus inops manet, audax fit cito diues.
 Nil vñquam rapias, data coelitus optimæ dona.
 Cuius enim fuerit manuum res aucta rapinis,
 Siue vñ linguæ mendacis (qualia fiunt
 Humanis animis lucri dulcedine capitis)
 Dumq; pudor nullus, sola irreuerentia regnat)
 Hone male dij vexat, tursum possessio primum
 Attiterit, felix nec longo tempore viuit.
 Par scelus hie, à quo supplex & iuditur hospes,
 Patrat, & ingreditur quicunq; cubilia fratris

Vxorem masculans & sancta cubilia stupro.
 Peccat & is qui laedit vitroque parente carentes,
 Quiq; sene&tutis supremo in limine stante
 Haud timet immitti sermone offendere patrem,
 Hunc pater ipse Deum 'Saturnius odit, & illi
 Factis pro iniustis tandem mala digna rependit.
 Sed nunquam Perse tu quicquam feceris horum,
 At pro virili superis Dijis fac sacra, pure
 Munde&q; & pingues coxas adoleto sub aris,
 Nunc vini pateris, nunc placa thuris odore,
 Solis ad occasum facies & solis ad ortum,
 Ut tibi perpetuo fausti sint atque fauentes,
 Utq; iuuare queas alios, non te iuuet alter.
 Hoste tuo, ad cœnam tui amantem ascerse, relictor
 Hunc tamen ante omnes, paries quem separat unus
 Abs te, si q̄oꝝ etenim tibi res peragenda domi sit,
 Discincti vicini aderunt, cingentur amici.
 Damnū vicinus malus, auxilium bonus ingens.
 Atque bonum nactus vicinum, est nactus honorem
 Nec res, vicinus ni sit malus, vlla peribit.
 A vicino aliquid capias si mutuo, eadem
 Mensura, ac non, si possis, sine fœnore redde,
 Indignus ut rursus nullam patiare repulsam.
 Ne mala lucra pares, mala lucra æqualia damnis.
 Sis charus charo, visentem invise viciſſim
 Quiq; dedit reddas: nil da, qui nil dedit vñquam.
 Danti aliquis dedit: at nil danti quis dedit vñquam?
 Dos bona, sed nunquam bona mortifera vlla rapina,
 Qui dat sponte lubens, quamuis hic grandia præstet
 Munera, lztatur, facit atque hoc corde sereno,
 Qui verò ipse rapit, nullo remorante pudore,
 Sit quamvis paruum, cruciatum hinc pectore sentit
 Namq; super paruum, si paruum apponere cures,
 Sæpius & facias, citò magus fieri aceruuſ.

Effugit ille famem, præsentem qui auget aceruum,
 Sufficit hoc minime quod celia penaria seruat.
 Esse domi præstat, nam damnosum foris esse:
 Dulce est, de cumulo præsenti sumere: contraria
 Est graue, egere aliqua re absente, hinc sis memor horum
 Dum plenum est, fermeque vacat vas largius hauris
 In medio parcas, in fundo parceré seruant
 Dicta prius merces datur famulo, idque benignus,
 Et cum fratre iocans cura tum testis ut adsit.
 Fidere saepe nocet, nocet & diffidere saepe.
 Ne fucata tua spoliet te mente caueto,
 Femina, blanda, loquax, nidi damnoſa virgo,
 Confidit furi, qui confidit meretrici.
 Hinc patrius seruet dilectus filius ædes.
 Sic tibi res crescent procedentq; omnia dextræ
 Fas moriare senex, gemina ex te prole relicta:
 Namque leui facile est locupletes reddere plures.
 Curaq; multorum maior, plus fertur in arcum.
 Si cœpias summis quoque tu ditescere votis,
 Perse, sic facito, viisque laborem annexe labori.

LIBER SECUNDVS.

Pleiadas cernens orientes, demete fragem:
 Vomere verte solū, quum submerguntur iuvandas,
 At bis vicinas latitant noctesq; diesque,
 Hinc iterum apparent impletis mensibus anni,
 Tempora quo primum incipiunt splendescere falces.
 Hec lex aruorum est cunctis seruanda colonis,
 Siue habitent illi rauci prope littora ponti,
 Pinguia siue colant in vallibus arua remota
 A ponto procul. At tu nudus sere, nudus arato,
 Et nudus merito. Cereris si in tempore cuncta
 Officia exoptes curate ut tempore crescant

Quædā

Quæque suo : ne quando, gravis dum vexat egestas,
 Frustra mendices aliena per ostia vicium,
 Ve qui nunc ad me venisti, at non dabo quicquam
 Aut dono, aut vsu ; sed Perse stulte labora,
 Ipsa terricolis Dij constituere laborem,
 Ne cum filiolis, cum coniuge, pectora tristis
 Panem à vicinis queras, ipsique repellant.
 Fornitan accipies bis terue, at si inde molestas,,
 Efficies nihil, inuanum, sed plurima dices,
 Sed quid verba iuuant ? hortor, memor esto parare,
 Ipse feram vnde famem places, ac debita solvas,
 Primum, ædes, famulam, taurum qui ducat aratum,
 Emptam non ductam, tua quæ iumenta sequatur.
 Hinc memor apta tuz domui instrumenta parate,
 Ne poscas alium illa, & eo ludere negante.
 Tempora diffugiunt, incoptaque res caret actu,
 Ne differ sub cras opus, adque diem inde sequentem,
 Nam sua desidiam lectans replet horrea nunquam
 Ne cunctatur iners: studium rem promouet vnum,
 Hinc est lucta pigro cum paupertate perennis,
 Cum deferuerit Phœbeæ lampadis ignis,
 Atque calor sudorificus, cum Iuppiter imbreca
 Mensibus Autumni fundit, corpusque leuat
 Humanum ac recipit vires (quia Sirius horis
 Per lucem exiguis, hominum tunc imaginet ardens
 Verticibus, verem sepe plus nocte fatigat)
 Denique cum cariem contemnit seca securi
 Sylua & fundit humili frondes, cessatque virere,
 Cedere materiam è sylvis tum sis memor optam
 Ut mortariolum tripedale, trium cubitorum
 Pstillum, atque axem relecto septipedalem:
 Octopeda si sit, tum malleus absindatur,
 Tres palmas rota habens sit, denas corrui habentis
 Plurima ligna incurua seces, dçuale per arua.

Aut montem quæres, innuentum confer ad ædes
 Illicum, nam tale haud frangitur inter arandum,
 Si clavis duri, Cereris qui munia tractat
 Rusticus inficens, temoni adiunxerit aptè.
 Sed tibi sub recto fabricans duo aratra parato,
 Perfectum ac rude: nam multo præstantius est sic:
 Nempe uno fracto, tum tauris alterum ut addas,
 Temones validos de lauro vimoq; recides.
 Ex quercu buris, dentale ex ilice fiat:
 Suntq; nouem annorum tauri, his firmissima membra,
 Conueniuntq; operi medio æui flore vigentes.
 Non ille inter opus milcentes prælia, aratum
 Frangentq; incepsumq; ita opus linquent sine fructu
 Hos numerans annos vir quadraginta sequatur.
 Postquam edit panem morsus quater octo tenentem,
 Sehicitus rectum curet tum ducere sulcum,
 Ad socios non respiciens, sed pectore tuto
 Incubens operi: non iunior aptior illo est
 Spargere sementem & loca semine sparsa canere.
 Iunior ad socios crebrò vaga lumina flectit,
 Obserua, si quando gruis vox clangit ad aures.
 Nubibus ex altis dantis tibi signa quotannis:
 Nam fert signa soli vertendi, & tempora bruma
 Indicat: at bobus venit ipsa ingrata carenti,
 Inclusas stabulo vaccas tum pascito feno.
 Dicere per facile est cum bobus des rogo currum:
 Et facilè abnuere est: proprijs bobus labor instat.
 Vir cordatus ait, currum compinge tibi ipse.
 Stultus at hoc nescit, centum is sibi signa requirit.
 Sed tu cuncta domi curato negotia primum:
 Et simul ac ipsum iam tempus venit arandi,
 Tum quoque cum famulis insistas ipse labori.
 Humidus & siccus sit ager quum scindis aratto,
 Manè bene aggrediens, spicis onerentur ut arua,

Vere

Vere solum proscinde, iteratum haud fallet in ægu,
Esto naualis æger, cui vis committere semen,
Dira nouale arcet, puerorum est blandaq; nutrix.

Terreno fas vota Ioui Cereriq; pudica,
Ut placidi pleno dent arua grauelcere fœtu.
Fas vota aggrediens terram sulcare, manuq;
Corripicas, stiuam stimulas quum dorsa trahentum
Vimine tsuorum: sed tunc te ponē sequatur
Rakra puer portans, quum mandas semina terra,
Isque auibus semen celando negocia ponat,
(Sedolitas homines iuuat, at socordia lœdir)
Sic grauis in terram fructu nutabit arista.
Si que tuo placidus Deus annuat inde labori,
Eijs tuum vasis, quas fecit aranea telas,
Ex cunctis plenis vietū !ætaberē vasis,
Inuenias te ver epulantem, non eris vñquam
Indigus alterius, sed opus tua ope alter habebit.
Sed tibi solitus bruma si terra subacta est,
Raras innites genibus resecabis aristas,
Dtagmata pauca ligans, reptansq; in puluere tristis.
Corbe vehes messem, paucis erit illa stupori.
Nuac etenim magni Iouis hæc, nunc illa voluntas,
At homini illius mentis perscrutabilis ægræ,
Quod tibi si serò sit aratum, hæc vna medela est.
Tempore quo primùm coceyzat ab arbore coceyx,
Homanafq; suis demulceret cantibus aures,
Tum triduum totum si fundat Iuppiter imbre,
Qui non destituat bouis aut vestigia vincat,
Primus ita quoque multa merent & serus aratores
Pectore cuncta teno memori, nec tempora cani
Te lateant veris, nec tempus quo cadit imber.
Fabrorum vitate focos, nugasq; calentes
Tempore brumali, cùm frigora corpus adurunt
Tum propriq; domini vir prospicit, omnis gnauus.

Nec te sua dies hyems deprendat egenum,
 Constringatq; pedem manus attenuata tumentem.
 Multa vir ignauus, dum se spe pascit mani,
 Indigus interea vietus, mala corde volutat:
 Namq; potest inopem minimè spes pascere, pigra
 Oqua lectantem: & tenuis cui copia rerum,
 Tu media exerce famulos aestate labore,
 Non erit usque mitas, eutate in tempore nidos.

Excoriatorem pecudumq; hominumq; Decembrem
 Euita studio, summo, glaciemq; molestam,
 Quæ per humum Borea solet iudurescere flante,
 Is per Thraciam equis claram flans, Oceanoq;
 Incumbens munire facit terramq; nemusq;.
 Alticomassæ quercus, ornosq; ex monte profundam
 Deiecta in vallem, rapiens radieibus imis
 Flamine præcipiti, strepitu boat ardua sylva.
 Tumq; feræ exhortent, caudasq; sub inguina ponunt,
 Densa licet pellis setisq; pilisq; sit ipfis,
 Sic tamen armatas Boreæ vis frigida transie.
 Nec bouis hunc arcet tergus, sed ad intima perfiat
 Perfiat & hirsutas capras: sinit esse bidentes
 Immunes, anno nam toro in corpore lanæ
 Perdurant, facit ille senes incedere curuos:
 At non mollicutes infekta virginis artus,
 Quæ manet intra ædes, matri coniuncta paternis,
 Nescia adhuc quid amor, quid sint tua facta Dione,
 Vndique sed tenerum corpus bene lora, oleoq;
 Perlita odorifero, rectum intra nocte quiescit,
 Tempore quo polypus proprios depalcatur artus,
 In gelido recubans antro, madidoque cubili,
 Nondum etenim initat sua lustra relinquare Titan.
 Qui super Aethiopum populos incedit & urbes,
 Tempus ad exiguum se terræ ostendit Achiusæ
 Sylvicolaq; feræ tunc vndique quotquot incermes,

Qgoæ

Quotquāt cornige rā stridentes dentibus altas
 Percurrunt silvas, resq; omnibus est ea cordi,
 Quasi sique diu in latibris sua corpora steruānt,
 Sed similis homiui baculus cui tertius est pes,
 Cuiq; est iam fractū dorsum, & dependet humi frons,
 Huic similes, iude fugiunt ubi nix iacet alba,
 Tunc, quod mando, tuum corpus bene vestibus armas,
 Indue telārem tunicam, superindue chlamam
 Staminibus ratis inducas līcia densa
 Inijceq; hinc vestem, ne horrescant frigore crines.
 Neque tibi horriduji, rectiq; in corpore surgant,
 Indue perones pedibus de tergore tauri
 Fortuit occisi, prius intus crenibus opplent,
 Et bruma aduentante, bouis tibi consue neruo
 Pelles hædorum, ut late imponantur ad imbre,
 Pellendum dorso, crinesq; caputq; galerus
 Arte laboratus tegat, ut ne aures madefiant.
 Frigus in aurora ſeuum est aquilone ruente,
 Afriferoq; cadens in terram ex ætere irrand
 Aer fœcundans ſegretum, ſuper arua refedit.
 Qui primū liquidis fluviorum hauritus ab undis
 Hunc vi vegetorum è terra sublatuſ in altum,
 Nunc pluuiam ſub noctem adfert, nunc flamina gigia,
 Vadique Threijcio nubes aquilone ciente:
 Hunc tu prætentiens acto pete teat labore.
 Ne properans cælo te fors nebula occupet atra,
 Et madidum corpus, vesteſq; iafingat in imbre,
 Hunc præuitato: mensis ſequiſſimus hic eſt
 Brumalis, grauis & pecori & mortalibus ipſis,
 Pabula ſumentis rara parcus obijce, verū
 Plus homini apponat, quoniam longissima nox eſt.
 Haec obſeruato, dum impletis mensibus anni
 Aequa dies fuerit nocti, dum denud mater
 Cuſtorum tellus fructus ſerat alma recentes,

Cum post solstitium brugix regnatur Olympi
 Sexaginta dies conficerit, illicò deinde
 Oceanus Arcturus sacris relevans caput vndis
 Exoritur, fulgens noctis vénientibus umbris,
 Hunc post lugubris rege ex Pandione nata
 Ad ver primum oculis hominum se ostendit hirundo.
 Huius præueniens aduentum, incidito vites.

Cum calida è terra reptat testudo per agros
 Pleiades fugiens, tum tempus mittere vites,
 Sed falces acue, atque in messem mittit seruos.
 Desere manè torum, & valeat confessus in umbra
 Temporibus messis, cum Phœbus corpus adurit,
 Sed properans cura, ut fructus sub tecta vehantur
 Surgito manè, tibi ut vixtus contingat abunde,
 Conficitur facile pars tertia manè laborum,
 Aurora acceleratq; viam, acceleratq; laborem,
 Multi iter inceptare solent illius ad ortum,
 Bobus & iniicitur tum multis pondus aratri.

Carduus in pratis cum floret, & ore cicada
 Arboribus latitans dat acutum stridula canticum,
 Crebro alas quatitans, operosa zestratis in hora,
 Tunc capræ pingues, tunc & mollissima vina,
 Fœmina tunc coitus audiissima, languidus est vir
 Nam capiti & genibus vires Canis xstifer aufert,
 Corpus & exuicum facit zestras faxea, tum te
 Umbra habeat, tum q; adsint Biblia vina, placenta
 Lactea, laeq; capræ, quæ non alit vberem fœtum,
 Nec teneri vituli nondum enixi caro defit,
 Hœdorumq; recens materumq; nigra sub umbris
 Vina sedens misce, recrea cor dulcibus elcis,
 Spirantem leviter faciem conuersus ad Eurum,
 Et fontem alpiciens sine limo & sine fluentem,
 Sed ter aquam funde, & quarta vinum vice misce.

Brachia cum primum profert robustus Orion,

Sacra

Sacra iube excutiant famuli Cerealia dona,
 Area in æquali, & ventis regione parente.
 Excusiam Cererem metire, in vasa reponens,
 Quumq; tenes omnem iam structū intra horrea victū.
 Quære domo propria famulorum, famulamq; carcatem
 Prolibris illa solet, quæ lactat, inutilis esse,
 Pascere cura canem quoque sit, ne parcito pani:
 Ne tuā furetur solitus sur stertere luce.
 Postremò moneo, vt fœnum paleasq; recondas,
 Vnde boves pascas mulosq; his omnibus actis,
 Tauris dème iugum, & famulis concede quietem,
 Cùm medio cœlo Canis, Orionq; vagantur,
 Arcturumq; aurora videt sibi stare propinquum,
 Collige tunc omnes, Perse, de vitibus vuas,
 Et bis quinque dies nœctesq; exposito soli,
 Sunt & quinq; dies sine sole, in dolia sexto
 Munera lætitiam Bacchi parientia conde,
 Postquam Pleiadesq; hyadesq; atque amplius Orion
 Occiderint, tum mox inuertere vomere terram
 Esto memor, sic quæq; suo anni tempore fiant.
 At tibi difficilis res si sit nautica cordi,
 Tempore quo Boæ Atlantides Oriona
 Vitantes senum, pelagi conduntur in vndas,
 Omnigeni miscent inter se prælia venti,
 Hinc tua nulla mihi tum currat in æquore nauis:
 Cura fit, vt iubeo, tellurem inquidere aratro,
 Nauigium subdue in littus, & vndique saxa
 Aduolue, vt sedeat tutum spiramina contra.
 Eijce aquas pluvias, vt ne Iouis imbre putrescat,
 Arma ratis cuncta ad tua tecum culmina conser,
 Carbasa, quæ nauis sunt alæ, ritè plicato,
 Suspendas sumosa super laquearia clavum.
 Ipse viam differ dum tempus venerit aptum,
 Tum nauem æquoreas in aquas deducito, & illam

Mercibus oppleto, vnde domum bona fuerit reporto
 Sic noster solitus pater est dare vela per vndas,
 Perle chare, bonum victum hinc & quibusq; parabat.
 Et semel hac tenuit cursum, emenius mare magnusq;
 Aeolica à Cum a soluens cum nave picata:
 Non quod dinitas amplias fugiebat, opesq;que,
 Sed paupertatem mortalibns à loue osissem,
 Haud Heliconē p̄cūl, miseranda habitabat in Ascas.
 Qui artus ac gratis est, brumaque vestitareq; vicus.
 Curandum Perse tempestiuò omnia fiant.
 Tempore, sed primam hanc curam res nautica poscit.
 Laudato exiguae, nauem, se res credito magna.
 Quo maior vectura, lucra hoc maiora futura,
 Si modò contineant rabiōsi flamina venti.
 Quando ad mercatum vertisti pectora, sic de
 Debita conaris vitare, famemque molestam,
 Multisq; ostendam pelagi cursusq; modoq;que
 Non tamē ipse rei, qaz pertinet ad mare doctus.
 Nam nunquam rate sum spacioſa per aquora vectus,
 Praterquam Subocean ad vicinam ex aulice, ubi olim
 Argui à ducibus populi collectio facta est.
 Dux saudum mare ibi tenuit Troiam ire volentes,
 Illuc Amphidamantis ego ad certamina veni
 Calcidaq; iatraui, nam plurima præmia clari
 Proclamaea viri statuere, at carmine tum me
 Victorem tripludem auritum retulisse recordor.
 Hunc ego suspeadt Musis Heliconis honorem,
 Primum ibi fecerunt ore hymnum tentare sonorum.
 Nunc mihi quanta fuit ratium experientia eernis,
 Aetamen Aegiochi meatem reserabō tonantis,
 Nam docuerē Deo me sacrum pangere carnem,
 Quinquaginta dies post, quam se verit ab uro
 Sol cancro, vestitus iam parte cadente suprema,
 Et opportunum stuctus intrare marinos,

Non

Non facile franges nauem, aut homines mare perdet,
 Perdere si nolit princeps Neptunus aquarum.
 Sine Deum simul sique hominum rex Iuppiter altus,
 Namque per hos pariter stat cardo boniq; maliq;
 Non varij tum flant venti, iacet vada quieta,
 Tum trabe confidae ventis securus in altum
 Nanem, ac sarcinulas impone suo ordine cunctas.
 Ne differ redditum, citò sed properato reuertis:
 Neu pluviā autūmni expēctes, Bacchumq; recentem,
 Insanosque noti flatus, hyememq; sequentem,
 Namque autumnali pluvis comitatps abunde,
 Fluctibus horrōnis imum mare concutit austor,

Ast iter est aliud per pondum tempore veris
 Cùm primum apparet frondes in vertice fici
 Tapet quanta pedum reddit vestigia cornix
 Per terram incadens: tum fit via peruvia ponti,
 Atque hic est cursus, qui fit sub tempore veris.
 Sed nulla ille animo nostro ratione probatur,
 Matrys nimium, datur ægrè evadere cladem,
 Attamen nac homines exī mente omnia tentant.
 Nam misericordia anima est dirum mortalibus aurum,
 Sed durum oppetere ac submergi gurgite fallo est.
 Hinc præceptorum vele te memorem esse meorum.
 Namquam quicquid habes totum committe carinis,
 Plura domi laqueos, paucissima credito nauis.
 Nam graue damas pari medijs in fluctibus atris,
 Ut gracie si plaustrī nimio sub pondere pressi
 Axis frangatur res dispergantur & omnes,
 Hinc modū amaz; bonaq; in re occasio præualet omnis,
 Iunge tibi vxorem dum firmus adhuc vigor adsit,
 Annos cum numeras ter denos, plusū minusve,
 Aptum est coniugium: decimo sed formina quarto
 Aquas pubescit, nubat mox deinde sequenti.
 Virginem, ut insiruas laudatis moribus opti,

Vicinamq; tibi præ cunctis dñe spensam.
 Sis tamen hic cautus, ne te vicinia ludat,
 Nil vxore viro melius contingit honesta,
 Nilq; mala peius: tali, quæ viuere laude
 Clam solet, hæc quamvis validum, sine totre maritum
 Vix & exiccat, citiusq; sehel cere cogit.
 Sedulus obserua curam, cultumq; Deorum.
 Dilige post fratrem socium: quod si parem amorem
 Esse velis, socius ne lèdatur prior abs te.
 Nâue illi fictum tua lingua offendat amorem.
 Si diecto incipiat prior ille aut lèdere factis,
 Tunc memor esto, eademq; illi cum fœnore redde,
 Rursus amicitiam veterem obseruare volentem,
 Atque pati pœnæ violati fœderis à se;
 Suscipe, (nam miser est, crebro qui mutat amicos)
 Nec tua post vaquam facies præ se ferat iram,
 Ne multos, neu rursus habeas nullos tibi amicos.
 Pravos euitato, bonis noli esse molestus,
 Paupertatis inops nunquam gratis audiat ex te
 Opprobrium: nam dos est numinis illa potentis.
 Lingua bonum eximium est homini, si pauca loquatur,
 Sitq; modum conseruet, inest tam magna venustas.
 Si probris laceres, laceraberis illico peius.
 Publica cùm celebrat populus conviuia, confer
 Accedens aliquid tecum, nec sordidus esto.
 Pro sumptu exiguo redit ad te magna voluptas,
 Manè loni ac reliquis superis libare caueo
 Illotis avanibus, Dijs sordida sacra recusant,
 Ad faciem solis cùmversus meiere noli.
 Sed quando occubuit, donec fuerit nopus ortus.
 Atque quibus sis cùnque locis, facere inter eundum,
 Derectusq; caue: nam Dijs sacra quoque noctes.
 Vix pius ac dextro donatus pectori, meiet.

Siue sedens siue admoto stans corpore sedi,
 Res fuit in phalamo chara cum coniuge, Vefas
 Tum tibi polluto caue ne peragantur honores,
 Nec Veneri cœna funebriq; incuonbe reuersus,
 Veram epulis surgens latetis, lautisq; Deorum.
 Ne fluuios pedibus calcaueris vñq; fluentes,
 Ni prius aspiciens exores pulchra fluenta,
 Ac manuum sordes in aqua purgaueris ante.
 Qui flumum impurus nullum calcare veretur,
 Hunc superi oderunt, qd post mala plurima sentit.
 Syposio in celebri, præsentes sunt vbi Diui,
 Nereleces vngues cultello à sorde repurgans.
 Ne cratera super potatum pone lagénam;
 Qui facit, eueniet mors illi cruda repente.
 Aedificansq; domum, ne linquo semiparata,
 Ne sedeat clamosa super cornicula cantans,
 Neu comede ex illa quz non benedicta patella est,
 Neu laues: quoniam factis quoq; poena stat illis.
 Ne puerum, seu fit natus ter quatuor annes,
 Seu totidem menses edueas molliter, inq;
 Delicijs: siquidem nil viribus officie æque.
 Neu ad balneum, vbi muliebris turba lauatur,
 Vir lotum venias: nam poema grauis quoque tali
 Euenit. aut veniens superis vbi Diis sacra fiunt,
 Ne culpes ea: quippe Dei hinc accenditur ira,
 Præcipue hoc cauess, vel fluminum in ostia, cursu
 In mare quz properant, vel in ipsos tingere fontes,
 Neu alium exoneres, nam non est vtile factu.
 Sedulus ac hominum famam virato molestat:
 Ingens fama malum, facilisq; illitus origo est.
 Perfertur graue, & orta semel deponitur ægre:
 Illa etenim prorsus nequit euancere fama,
 Vndique quam vulgus spargit, quoniā quoq; diua est.

HESIODI DIES.

RItè dies seruans, quæ sunt Ioue patre creatæ,
 Optima dic seruis quod sic tricelma measis,
 Ac opera inspicere, ac demeasum diuidere illis,
 Qua sclet & populus tractare forensia iura.
 A magno Ioue principium est & origo diebus.
 Prima dies sacra est, tum quarta & septima sacrae:
 Namque hac Latona genitus perhibetur Apollo.
 Octaua, & Lunæ crescentis nona, putantur
 esse bona quævis opera atque negotia obire.
 Laudantur quoque post decimam prima atque secundam
 Scito ramen, quod sic longè hæc præstantior illa.
 Hac tande pecudes, lætam illa demere fragem.
 Pendula & has tenus connectit aranea telas,
 Quod sit plena dies, formicaque rodit aceruum;
 Illa exordiri telam mihi femina curet.
 Tertia post decimam infelix conspergere cultum
 Semine agrum præstat ramen optimæ robora plantis,
 Sexta super decimam teneris asperrima plantis;
 Aptæ mari gignendo, sed est non apta puellæ
 Gignendæ primum, nec eam tum subere præstat;
 Sexta que præcedens gignendæ iuimica puellæ est,
 Aptæ hoëdis, ouiumq; viris excindere telas.
 Et pescudum stabulum communire vndeque septo:
 Dandis aptæ viris: & amat conuicia, falsa
 Verba loqui, clam sermones ferere inter amantes
 Mensis at octaua castres caprumq; bouemque,
 Luce duo decima mulis castratio fiat;
 Sed cum vicinus lunæ iam volgitur orbis
 Vir tibi nascetur prudens, & ad omnia dexter,
 Dandis aptæ viris decima est, hinc quarta puella
 Blanda fœta pectora hæc, curvoque boves pede cutes,
 Et cele-

Et teleres eustulos, mulesque operum patieates
 Imposita cicurato manu vitare memento
 Quartam iam medij, tum quartam deficiens
 Mensis: namque animum tum cura mille remordens.
 In quarta prima uxorem tibi ducere charau.
 Auguria obseruans, quae sunt dexterima tardis.
 In primis quintas fuge pestiferasque; grauelque,
 His etenim Eumenides terramque hominibus pererrant,
 Suppliciumque ferunt peritura falsa locutis.
 Septima post decimam felix, Cerealia dona
 Area in sequata recte terrere, atque flagellis
 Executere: ad thalamum faber hac tibi ligua secato,
 Tum quoque materiam fabricandis nauibus aptam,
 Incipias quarta naves sarcire verutas,
 Iam nonne medius pars vespertina probatur?
 Ac homini innocua est, quae nona est ordine primus
 Confert & plantis, tum formellisque viris que
 Gignendus simul est felix, nec inutilis unquam es,
 Sed latet hoc multos, quod sit penultima mensis
 Optima, seu resrare velis vas, seu iuga dura
 Bobesque & mulis & equis annectere collo,
 Seu tibi si placeat nauem deducere in altum.
 Namque datum paucis discrimen nescere verum,
 Vasa aperi decima quarta: nam pra omnibus haec est
 Sacra dies, post vicennam: quae solis ad ortum
 Est bona, ad occasum mala, laudent pauci alias hinc,
 Namque dies alii felices atque benigni,
 Contraria aliis anicipites sunt & virtute carentes,
 Et laudent aliis alijs, est cognitio paucis,
 Sauia nouerca dies nunc est, nunc mater amica,
 Is felix ac prosper ager, qui haec omnia fertans,
 Sic utinam instituat, Diis inculpabilis ut sit,
 Auguria obseruans, nec quicquam spernere tentans.

H E R M O N D I O P E R A V M

& Dierum suis.

252

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI AC ILLVSTRISS. PRÆRS V- LIBT D.N. D. NICOLAO OLAHO Episcopo Agriensi. S.R. Maiestatis per Hun- gariam & Bohemiam supremo Cancellario, patrono suo humanissimo,

I O H A N . R A M V S

Budapest.



VN NVR IN HE-
siodi opusculum, quod de
Herculis tlypeo scripsit in-
cidissem, Präful illustrissi-
me, nescio quam insidiosa
voluptate me retinuerit: ut
non semel legisse contentus
fuerim, nisi iterum, atque iterum de integrō
euoluerem, adeò postrema mihi loctio sem-
per noui aliquid promittere videbatur. Sensi
tandem, quibus me insidijs occulta poëta
amulatio occupasset: nimirum quod hic mini-
mè sui similis, totum se in certamen Homeri,
cùm contulisset, magnificenter quam ali-
bi assurgere nitererur. (nam in Georgicis &
Theogonia, præcipuam operam in vocabu-
lis & nominibus posuit) Homeri deinde &

Vir-

Virgilij clypeos hūc comparavi, vt trium inter se Poētarum discrimina, quantumq; aliis alium, figurantorum ac ingenij felicitate superasset, intelligerem. Homero igitur (quod omnium primus fuerit) inuentiois laudem, omnes uno ore concedunt: quem Hesiodus tanta dexteritate imitatus est, vt non uno loco magnam illi laudis partem eripuerit. Vtrosq; iuauer Virgilius, breuiter quidem, sed & luculentius & utilius, laborauit, qui totius ab ipsis ferè exordijs Romanæ rei historiam admirabili artificio repetuerit. At. Homerus & Hesiodus, quanquam non omnino, propemodum tamen hic pares suar, et si inuentioni, quam imitationi, plus laudis debeatur. Vtriusq; tamen ætas prior, & anniversariæ fuerint, iam olim apud maximos controuersum est: suisq; vtrinq; testimonijs hæc res & oppugnari, vt defendi potest. Nec sat scio, quanti hoc faciendum sit, quod victum olim ab Hesiodo Homerum poëtico certamine commemorant. Mihi certè si quid in tantis tenebris diuinare licet, nec contemporanei fuisse videntur, nec vñquam hunc illi poëtico certamine commissum, non enim verisimile est, in tanta laudis simulatione, & temporum affinitate, alterum alterius labores tam manifestato furto aggressurum fuisse; presertim cum victum victoris nimium semper

semper pœnitentia, victorem autem ~~et~~ ^{et} vnguibus
et tayoribus labores & ingenium ad sui no-
minis ornamentum inuadere, quid aliud
est, quam decretam sibi victoriā pessimo
lure aduersario erectam esse confiteri? Quod
cū in alijs multis, tūm maxime in compa-
rationibus factum intelliges, in quibūs inter-
dum ne latum quidem vnguem alter ab alte-
ro recesserit: nisi quod is qui ætate posterior
fuit, nonnihil commutatis verbis furtum su-
um occultare conatus sit. Sed ne prolixitate
nimia odiosus sum ad Cel. V. venio. cui nostri
laboris patrocinaium in tanta temporum ma-
lignitate imponere ausus fui: confisus vel D.
Nannij nomine, hominis V. Cel. studiosissimi
leuidens hoc munuscum non ingratuisse
Cel. V. futurum, præsertim cū iam olim ab
ipsa tui ortus nobilissima infantia & doctes
ornare, & crescentium ingeniorum conatus
adiuware consueueris. Accipe igitur Præful
generosissime, quem superioribus illis die-
bus ex græco conuertimus Hesiodi clypeum:
opusculum brevè quidem, sed tale, quod cū
Homeri quovis volumine facile conferri pos-
sit. Maxime enim hic conatus videtur, vt illi
principatum extorqueret. Quod & sua Ænei-
de Virgilius molitus est, de cuius imitatione
quia mentio incidit, quid haec tenss mihi v-
deatur aperiā. Sed primis libris cum Odys-
seac-

sea contendit: illisq; quemadmodum suum
Vlyssen Homerus, ita ille Aeneam, tot malis
tempesatibus & erroribus exercitum depin-
git, ut si vel nomen solum cœmutes, in di-
versis scenis vnius hominis fortunas recense-
ri, aut euadem histrionem alijs atq; alijs arti-
bus personarum, induci credideris, adeoq;
ille per omnia studiosè Homerum expressit,
vt in Vlysse Aeneam, in Aenea Vlyssem, deniq;
alterius in alterum fortunas tam conformi-
ter transtulerit, ut nihil eo nec similius nec
melius dici possit: atq; ista parte (meo certe
iudicio) Homerum longè superauit. Sex
postremis cùm Iliade illi certamen est: quod
opus tantum abest ut superarit, ut ne squarit
quidem: tam ibi grandis, tam magnificus
quasiq; inimitabilis Homerus, ut nec à Deo
quidem, si scribere incipiat, vicituram illi
creptum iri metuerit. Quid tamen Virgilius
superstes facturus erat, nescio, multum, qui
extant, promittere videntur labores: qui si
sub quo artifice infantiam, sub eodem ados-
lescentiam egissent, non dubium est, quia
grandiores longè, magnificentioresq; futuri
erant. Ut ut est, hoc euicit, ut quanto hic in-
ferior, tanto ibi superior excellentiorq; euai-
serit usq; adeò, ut nisi utriusq; tempora tam
certa essent, non tam Virgilius Homeri, quam
Homerus Virgilij imitator videri posset.

Verum

Verùm de his (quia huc non pertinent (satis. Ad te redeo, Reuerendiss. Præsul, obsecrans, ut istas nostri ingenij primitias ex tuī nominis splendore aliquid ornamenti decerpere patiaris (ἔρδοξος γὰρ τοιότερος τὸν δίναυτον καὶ δόξαν ἀγεμόνη τινός περ ἐστινδευμάτων απάρχειται.) Quod si facis, nostrosque labores à Cel. V. probari sensere, maiora breui, quæ nondum ad iudicium populi maturerunt, multo & lubentius & alacrius profere-
mus. Benè vale, generosissime atq; erudi-
tissime patrone. Viennæ Austri-
acorum tertio Idus Maij.

Anno 1550.



D. PETRO NANNIO
ALCMARIANO IO-

ANNES RAMVS

εῦ πράτην.

Qui tradenda mibi dederis mea dona patrone,
καὶ θεοὶ τοῖς δέξισθε δῶρα πέμψατε νοοῦ.
Et placido aspergit per te mea carmina vultu,
Ἄρχετε γὰρ αὐτῷ πότες ψήλεις εἰναργύρεσσί τοι,
Sic precor & viro, sic functo corpore felix.
Ολβίοτε γὰρ βιότῳ, ολβίοτε γὰρ θαυμάτῳ
Ταῦτα, quia tantū fueras mihi numinis author,
Αὐτὸς ἡμοὶ φαιδρῷοι Νάννος θάνοις ἔστι.

A D M A G N I F I C U M
VIRVM, ET LIBERALI V M
STUDIORVM ASSISTORVM
acerrimum, D. Iohannem Hasenbergium
Horatium. Archiducem Austriæ præcepto-
rem, Iohannis Rami de Goes Carmen,
quod totius opusculi argumentum
continetur.

Οὐπάτερ ἀστράπεις ὅπε λέπτανα τεργύα ποιεῖτε,
Καὶ πρότερον λατίω μή ποτε γνωστὰ δέχεσθαι
Ἐν δὲ σάκτῳ μέγα πρωκλέσθαι, καὶ δέξα μέγιστα,
Θεοκτίλα πρᾶ φοβερῆ τεύχεις φῶτος ἔνι.





Oxentia
bellitum
cepui.

101283

Teleboum, Taphiumque, olim qui fortia ferro
Demiserū neci magnorum corpora fratrum.
Hoc diuis quondam votum iurauit Olympi
Fecerat; hos metuit, si quid promissa moreretur
Saluere, ne tali poscasset pro crimine poenas.


Ergo opus aggreditur, promissaque vota capessit;
Iam certus, rapit arma ferox, subitoque tumultus.
Evolgat, bellique omnes petit ordine curas.
Illi se comites equitum genus scre tuenunt
Bœoti adiungunt, belli pugnæque furentes
Ardore, & clypeos docti versare trilices:
Locrique insigneis iscula, brevibusque sagittis:
Vna magnanimi, genus insuperabile bello,
Phocides, in pugnam socij comitesq; sequuntur,
Tales Amphitruo populos, & talia bello
Pectora Teleboas duros educit in hostes.

Confluum interea Deus altirocantis Olympi,

Anxius in curas animo conversus agebat,
Quo tandem superumque iras, hominumq; tumultus,
Soluere, & totum frēpo subiungeret orbem.
Talia voluerat, potior sententia visa:
Vna animo subiicit; quam mox simulatq; recepit,
Vrteur, & molli bene cinctæ virginis igne
Ardet amans, subitoq; furens delapsus Olympo,
Alta Typhaonij retigit fastigia templi;
Iude petiturus diuina sedē verendum
Phicion, hic partes agitur diuersus in omnes,
Cum subito pulchræ thalamos nocturnus iubat
Virginis Alcmenæ, Venerisque in mollia solye
Dosa animum, voti compos, lectoque receptus,
Mox illo labente die redit inclytus heros
Amphitruo, partis inimica ab gente trophæis.
Non famulos, non ille prius quod quisque sequatur

Catale-
gus pos-
pulorum
qui Am-
phitrio-
nem se-
cuti sunt.

Cor Iup-
piter Alc-
menæ
concu-
bitum
petiverit.





A pro
mij.

Accipe tela manu, rigidoq; accingere ferro,
Ut modò e commissis inter te Martia plastris Ardor &
Arma armis coeant. nec enim me, nec Ioue natum, prompti-
Murmure terribunt vacua, votisq; fugabunt, tude iu-
At spero infelix propius cum surgerè fignis,
Amphitrione latos, gladijq; vrgere videbunt,
Perculsi tugient, nec ad incita tela resistent.

Namq; adeo impugnæ calet hæc mihi dextra ruinas
Vel longe malim, quam regia prandia, bellum.

Sic ait: ast tales iuuenili pectori fusos
Alcides animos, & verba virilia tollit
Laudibus in corlum meritis: illumq; vicissim
Affatur, veluci contra sermone locutus:

Θ Iolae nepos, ο magai cura Tomantis,
Non procul hinc validis morurus perilia signis
Hōstis abest, quere quicquid generosius audes,
Expedias, durisq; ferocis Anopis ora
Includas phaleris, doceasq; velocibus omnes
Auxilio partes monitum centare ferendo.

Sic tamen, subito robustis turribus aptat
Aete regit aterores, argentea cruram
Vincula fortitas, toraceon deinde coruscis
Sidereum flammis, varioq; colore micantem
Induit, hunc illi Palles florebubus anqis,
Tristia cunctudini subiit, discrimina belli,
Obtulit, atq; ensam collo suspendit obituum,
Deinde humero ingentem, retroq; in terga refusam.

Accingit phaveram, cui plurima spicula diris
Artibus, & varijs inerant imbuta venenis:
Vnde querentior lachrymæ gemitusq; cadentum:
Tela polita rameo, varijsq; operosa figuris,
Et bisido oigis velata in cuspide pennis,
Misla quibus cæptum rapiunt per manus volatum.

lemon
lemon
Gom
119
ali
cane
Hyp
nes
v. 8
11787
bito
sidebo
viro
walt
actri
map
gaze



M
M

P

M

D
co
of

Point
image

Iacantque cadunt tumuli strepitusq; residunt,
 Appulsi facilis portus, pelagoque fluenti
 Undarum strepitu similis, similisque tumenti,
 Et queam nauta super Delphinum turba ruerat
 In medios sine lega mari, portusq; recessus.
 Ast duo qui reliquis longe excellentius ibant
 Conspicui argento nitido Delphines, in orbem
 Aequora verredant caudis, exstremaque secabant
 Pectore, & exertis nunc effant natibus undas,
 Nunc medio timidos absorbent aequore pisces:
 Cactus ab extreimi pescator marginis oras
 Rupe residuebat celsa, nauosa per altum
 Retia didutens pelagus, portuq; retorquens.

Hic clarum Danas formosae Persea natum
 Exaudierat, clypeo nullo etelestis in orbē
 Harentem, nec ab ore proculzohisq; vagantem,
 Mirandum visu monstrum faber inclitus auro
 Igniuomo, & cultis distinxerat vadique gemmis
 Harebant pedibus dupliciti talaria hexu
 Aurea, quæ sublimen alis, medioque tenebant
 Aere fulpēsum laterique argenteus ensis
 Ex humeris aptatus erat, vaginaque pulchro
 Aere retinebat, secto vestita elephantoq;
 Si supra vmbonem medium velut vmbra volabat,
 In dorso extabant Bhōcynidos ora Medusæ:
 Multaque in auratis argentea vincula bullis
 Persea lambabant regem, mediumque premebant.
 Arque Orci galea niueum cingente capillum,
 Et oculis fugiens, vmbraz noctilque ruentis
 Cingebat insidijs, gressusque effingit euntis.
 Non visum subito diræ post terga sorores
 Gorgones, & cursu fugientem Persea captare
 Precipites, hostemque petunt, gemituque lacebunt.
 Vasta percussio crepuntur marmora planctu,

Perseus
clypeo
ante ro-
lentem
singit.

Perseus
interse-
cta Me-
dusa fu-
git Orci
galea in-
visibilē
se fecit.

Et pe-

Verum de his (quia huc non pertinent (satis.
Ad te redeo. Reuerendiss. Praeful, obsecrans,
ut istas nostri ingenij primitias ex tui nomi-
nis splendore aliquid ornamenti decerpere
patiaris (ἵνδοξον γὰρ τοιότῳ τιλῷ δίγαμις καὶ
δέξας ἡγεμόνι τινός τε εἰστῦ ἐπιτηδευμάτων
ἀπάρχεσθαι.) Quod si facis, nostrosque labo-
res à Cel. V. probari sensere, maiora breui,
quæ nondum ad iudicium populi maturue-
runt, multo & lubentius & alacrius profere-
mus. Benè vale, generosissime atq; eru-
ditissime patrone. Viennæ Austrī-
acorum tertio Idus Maij.

Anno 1550.



D. PETRO NANNIO
ALCMARIANO IO-
ANNES RAMVS
εν πράγματι.

Cui tradenda mihi dederat et mea dona patrone,

Καὶ Θεός μοι δέσποσθάρκη τῷ χειρόν,

Et placido aspergit per se mea carmina vultu,

*Ἄρχεται δὲ αὐτῷ πάντες τὸν θεόντος εἰπεῖν,
Si p̄c̄r̄t̄ v̄no, s̄i f̄n̄ct̄o c̄orp̄o f̄l̄x.*

Ολβίος δὲ βίοτος, ολβίος δὲ θαυμάτων

Ta q̄nd, q̄m i santi fuerat mihi numinis author,

Αὐτὸς δὲ φαίδρος νάργες θάνατον ἔστι.

AD MAGNIFI CVM
VIRVM, ET LIBERALI VUM
STUDIORVM ASSERTORVM
acerrimum, D. Iohannem Hasenbergium
Horatium. Archiducem Austric̄ praecepto-
rem, Iohannis Rami de Goes Carmen,
quod totius opusculi argumentum
continetur.

Οὐπάτερος δέσποσθάρκη τῷ χειρόν,

Καὶ πρότερον λαττίω μή ποτε γνωστὸν εἶχεν

Ἐν δὲ σάκρῳ μέγα πρεσβύτερος, καὶ οὐδέποτε μέγιστος,

Θεοκλατοῦ φοβερὸν τούχεια φῶτος εἴνι.





O
A
m
An
try
par
tow
rem
base
ca
E
are
con
li.

Ocean
bellissi-
tepu.

• 42 H

Teleboum, Taphiumque, olim qui fortia ferro
Demilere neci magnorum corpora fratum.
Hoc diuis quondam votum iuratus Olympi
Fecerat: hos metuit, si quid promissa moreret.
Soluere, ne tali possebat pro criminis poenas.

Ergo opus aggreditur, promissaque vota capessit;
Iam certus, rapit arma ferox, subitoque tumultus.
Ebulgat, bellique omnes petit ordine curas.
Illi se comites equitum genus acre rueruntur
Paeoti adiungunt, belli pugnareque furentes
Ardore, & clypeos docti versare trilices:
Locrique insigneis iacula, brevibusque sagittis:
Vaa magnanimi, genus insuperabile bello,
Phocides, in pugnam socij comitesq; sequuntur.
Tales Amphitruo populos, & talia bello
Pectora Teleboas duros educit in hostes.

Confliuum interea Deus altironantis Olympi,

Anxius in curas animo conuersus agebat,
Quo tandem superumque iras, hominumq; tumultus
Soluere, & totum freno subiungeret orbem.

Talia voluerat, potior sententia visa;
Vna animo subiit: quam mox simulatq; recepit,
Vtitur, & molli bene cincta virginis igne

Ardet amans, subitoq; surens delapsus Olympo,
Alta Typhagnij retigit fastigia templi;

Inde petitus diuina sede verendum
Phicion, hic partes agitur diuersus in omnes,

Cum subitam pulchra thalassos nocturnus inibat
Virginis Alcmenae, Venerisque in mollia solue

Dona animum, voti compos, lectoque receptus,
Mox illo labente die redit inclitus heros

Amphitruo, partis inimica ab gente trophaxis.

Non famulos, non ille prius quod quisque sequatur

Catalo-
gus pos-
pulorum
qui Am-
phitrio-
nem se-
curi sunt.

Cur Iup-
piter Alc-
menas
concu-
bitum
petuerit.





Atq; ita felicem pulchra cum coniuge vitam,
 Tranquilloque dies, & fata quieta peregit,
 Iamque uno lapsus Tuan revolubilis anno,
 Mense bis senes obiit: mox nascimur ambo,
 Ipse tuus mecum genitor, sacroque parentis
 Fundimur è gremio, fratri, moresq; animuq;
 Dissimiles. Illi præclari Iuppiter usum
 Abstulit ingenij, & corpus sine mente reliquit,
 Qui profugus patria (sic dij voluere) relicta,
 Eurystheus miser, non vna cæde tyrannum
 Infamem sequitur: scelerum nisi forte pudore
 Vicitus, degenerem mentem ad meliora reduxit.
 Sed frustra ista queror, lachrymisq; offendor obortis,
 Chare lola, cui miseratus fata parenti.
 At pater omnipotens mihi duros ferre labores,
 Accumulans immissit, & ingentes strumas,
 Interea xripedes frenis vincisq; superhos
 Tu rege sexilibus distorquens ora lupatis,
 Atq; axes fidens animi, currosq; gubernas,
 Nil vanos Martis strepitus, nihil arma moratus,
 Qui Phœbi in longum faculantis tela vagatur
 Per nemus, insolito (res admiranda) tumultu,
 Cui quamuis magna divinito in pectore vites,
 Non tamen hinc, nostro nisi vulnere fractus, abibit.
 Talia iamdudum memorassem, & verba serente
 Auriga aspexit, fortisque hæc protulit ore:
 Iuppiter, omnipotens diuumq; hominuq; potestas,
 Et glaucus salvi Neptunus gurgitis heros,
 Vrbem qui Thebas clarissima incensia seruat,
 Te multis ornant memores veriq; triumphis:
 Qui tibi tam clara Cygnum virtute domandum
 Opposuere virum: quo victo, ut victor Olympi,
 Aeternis nomen vieturum sedibus addas.

Iphidæ.

Adhortatio.

Abhō-
gēto.A præ-
mījs.

Acci-

Atcipe tela manu, rigidoq; accingere ferro,
Ut modò commissis inter te Martia plaustris Ardor &
Arma armis coeant, nec enim me, nec soue natum, prompti-
Murmure terribuat vacuo, votisue fugabunt, tude iu-
At spero infelix propius cum surgerè fignis, uenilis.
Amphitrione latos, gladijq; vrgere videbunt,

Perculsi fugient, nec ad incita tela resistent.
Namq; adeo impugnæ calet hæc mihi dextra ruinas
Ut longe malum, quam regia prandia, bellum.

Sic ait: ast tales iuuenili pectori fusos

Alcides animos, & verba virilia tollit

Laudibus in cœlum meritis: illumq; vicissim

Affatur, velocri contra sermone loeutus:

 O Ioiae nepos, ô magai cura Tonantis,
Non procul hinc validis moturus praetia signis
Hoslis abest, quere quicquid generosius aedes,
Expedias, durisq; fergcis Anionis ora
Includas phaleris, doceasq; velocibus omnes
Auxilio partes monitum tentare ferendo.

Sic tamq; subito robustis tauribus aptat

Aete regitenter osreas, argentea crurum

Vincula foritas, toraceq; deinde coruscis

Sidereum flammis, varioque colore micantem

Induit, hunc illi Palles florethubus anpis,

Tristia cum doni subiit discrimina belli,

Obtulit, atq; ensam collo suspende eburnum,

Deinde humero ingentem, retroq; in terga refusam

Accingit phaeton, cui plurima spicula diris

Artibus, & varijs iueraqt imbuta venenis:

Vnde querentior lachrymæ gemitusq; cadentum:

Tela polita tanteo, varijsq; operosa figuris,

Et bisko nigra velata in cuspide penitus;

Missa quibus cæptum rapiunt per manus volatum.

Ardor &

tude iu-
uenilis.

Arion e-
gaus Her-
culis.

Hercules
ad pugna-
tur

Tela ve-
nenatio
cuspide,

spine
mem
Gra
tio
alij
canc
Ho
agg
vill
linc
bito
sides
v
wob
actin
map
gaze

Asperges
michi
Gloria
in excelsis
deo
cognosce
filium
qui a deo
est Propterea
dixi vobis ad
hunc sicut dixi
vobis al-
lum
vobis
vobis

et dicitur

MARIA
DAMAS
ESTRELLA

Cuiseca

Vibrante

Milagrosa Ojos

Tristes

Dolor

Contra

enemigos

Iacentiū cadunt tumuli strepitusq; residunt,
 Appulit facilis portus, pelagoque fluenti
 Vndarum strepitu similis, similisque tumentis,
 Et quæca multa super Delphinum turba ruerat
 In medios sine legè mari, portusq; recessus.
 Ast duo qui reliquis longè excellentius ibant
 Conspicui argento nitido Delphines, in orbem
 Aequora verredant caudis, cœlumque secabant
 Pectore, & exortis runc efflant natibus vndas;
 Nunc medio timidos absorbent & quote pisces:
 Caetus ab extremiti piscator marginis oras
 Rupe residuebat celsa, finuosa per alrum
 Retia didutens pelagus, portuq; retorquens.


Hic clarum Danses formosæ Persea natum
 Basiderat, clypeo nullo etelestis in orbē
 Hærentem, nec ab ore proculzonijs; vagantem,
 Mirandum vilu monstrum faber inclitus auro
 Igni uero, & cultis distinxerat vadique gemmis
 Hærebant pedibus dupliciti talaria hexu
 Aurea, quæ sublimen alis, medioque tenebant
 Aere fulpensum laterique. Argenteus ensis
 Ex humeris aptatus erat, vaginaque pulchro
 Aere retinebat, secto vestita elephantq;
 Si supra vmbonem medium velut vmbra volabat,
 In dorso extabant Bhorcynidos ora Medusa:
 Multaque in auratis argentea vincula bullis
 Persea lambabant regem, mediumque premebant.
 Atque Orei galea niueum cingente capillum,
 Et oculis fugiens, vmbraz noctisque ruentis
 Cingitur insidijs, gressusque effingit euntis.
 Non visum subito dirz post terga sorores
 Gorgones, & cursu fugientem Persea captant
 Præcipites, hostemque petunt, gemituque lacebunt.
 Vulta percussio crepiterunt marmora plancu,

Perseus
clypeo
ante vos
lentem
singit.

Perseus
interse-
cta Me-
dusa fu-
git Orci
galea in-
uisibilē
se fecit

Et pes







Fulcierat grauior postis, sursumque tenebat,
 Fecerat hanc magno diuinus Mulciber olim
 Ingenio, hic medio carmen cithareodus in horto
 Incipit, & festo cuncti clamore sequuntur.
 Nec minus intenti sua quisque negotia curant:
 Undique feruet opus, iurumque deorumque ruerunt.

Hic onus importat tergo, redit ille peracto
 Munere, statque alias calcatis folidus vuis.

Parsque ministerio præli, vinoque terendo
 Incumbit: premit ille, aliis collecta lacunis

Extrahit: hi coeunt pugnis, multiisque patentes

Transmittunt cursu campos, leporumque fugaces

Venantur cumulos: cumque his duo magna latrantu

Corpora sollicitis ceruos clamoribus urgunt.

Ast illi fugiunt celeres, cursuque salutem

Prata per, & sylvas, atque invia lustra sequuntur.

Parte equites alia bijugo certamine campam

Corypiumque, rubique effusi carcere currus,

Aduersis spacijs, pendenteque in verbena proni

Aurigæ, dant lora: volant vi seruida circum

Plastra choror, radijsque freniunt: leprosumque rotatum

Impulsi, validum titubant, querulique feruntur.

Tantus amor laudum, tanta est victoria curæ,

Victori spes summa tripus, tripus ære coruicæ

Splendidus, hunc nigro faber ingeniosus in antro

Fecit, & aurato clypei caluit in orbe.

Hæc circum tumidi latè marias ibat imago

Oceani, & fluctu ipsumabant cœrulea cano,

Cui super impendent cygni clangore volantes,

Atque erant, fluctus medios per, & æquoris alti

Amplexus, cœluat, nume vndas ore petentes.

Tot Deus exiguo formas miratur in aure

Iuppiter ait tonans: cuius mandata secutus,

Venatio.

Equestris
cursu au-
tigia
stadio
certante.

Oceanus
Clypei
margines
claudit.

Inuictum, validumq; manu, magnumq; peregit
 Vulcanus clypeum: dextra quem ferre potente
 Alcides potuit, nec erant grauia arma ferenti.
 Ipse quoque ascendit currum, fulgentibus armis
 Conspicuus: velut ipse Iouis per nubila summi
 Fulmina missa nitens, leuiterque illatus honesto
 Cornipedum incessu vehitur, certisque Iolaus.
 Rector, equos laxo versans moderamine flectit:
 Cum subito placidus se se dea numen in orbem
 Extulit humana facie Tritonia, & ipsoe
 Talibus aggreditur verbis, & talia fatur:

Minetua
 Herculi
 & Iolao.

Vos, o Lyncea geniti de stirpe nepotes,
 Huc agite, & monitis aures aduertite nostris.
 Omnipotens animos vobis viresq; secundas:
 Sufficit, ut Cygni bello spolia ampla superbi,
 Et caput è rumida raptum ceruice feratis,
 Hocque velim Alcidæ maneat tibi mente reposuas
 Firma, cum dulces annos, supraemaque fata
 Clauerit, atque animam Cygni tuus hauserit ensis,
 Linque loco exanimem, nec sit tibi cura perempti
 Corporis, arma etiam, quæ forte excusia iacebunt,
 Præter eas, cautosq; oculos aduerte Gradiro,
 Qui cum forte latus clypeo nodauerit, hasta
 Vulnera agens celeri, retroque in tuta recede
 Non tibi fas bello superumque deumque corusca
 Arma, vel induuias diuum rapuisse potentum.

Minerua
 currum
 Herculis
 essecedit,

Sic ait, & volucres scandit Tritonia currus;
 Aeternam portans famam, nomenq; subacte
 Victorum Cygno. flagris auriga citatis
 Admonuit bijugos, illique agitare sonantes
 Incipiunt currus, volucrique insurgere cursu
 Diua quibus vires quassa dedit Aegide Pallas
 Imaque concrepuit tellus, percussa volantum

Cores

Cornipedum pedibus : plaustris cum surgeret utinque;
 Cygnus equum domitor Marsq; insatiabilis armis,
 Aduersis raptore vijs: velut acta procellis
 Vnde velut subitis interstrepit ignibus æther:
 Qui cum diuersi campum venere sub vnum;
 Vnoque aurigæ stadio iunxit et iugales,
 Mox crebris vacuas impletat hincstibus auras,
 Alter in alterius necentes nivisura vocem:

Iamq; propinquanteri cœctis ingressus æerbis
 Alcides Cygnum. Tantum ne in pectore veritas
 Cygne ignave nefas? aut sic tibi fidelis, ut aosis
 Nos contra ferro decernere, qui sumus olim
 Fortibus assueti pugnare, & vincere fortis?
 Cede loco, aut meritas nobis dabis improbe poenam
 Et tutam permitte viam, remone ieducto.

Increpacio.

Hec Ceyca peto, qui rex iustissimus unus
 Trachinis superest, & seruantissimus & qui
 Quid multis? nec enim te res latet ista, quod ille
 Te sibi delegit generum, satamque pudicam
 Connubio iunxit stabili, propriamque dicavit.
 O scelus infandus, caue sis: non te pater illi

Eripier dexter, mecum si cominus armis
 Decernis, nostro vitam sub Marte relinques.
 Quin etiam (nec vanâ loquor) Mars ipse cruentum
 Ceruicem nostræ quondam iubiunxerat hastæ,
 Ante Pylum, belli raptus crudelis amore,
 In me corsit agens, quantum furor ipse gnonebat,
 Iratus iaculum: contraq; ego nostra retorsi
 Illius in corpus violentis viribus armæ.
 Ter clypeo exceptit factus, ter pronus in armis
 Procidit, & terrain telumq; vertice texit.
 Mox alio ingressus telo, clypeumq; recidi,
 Transfixit que femur medium: quo vulnere fractus

Amato.

Concidit, & pueri subito prostratus arenæ
 Cuma sonitu incubuit, spolijsque exutus ab alesa
 Plurima dijs superis post pugnam tabula factus.
 Sic ego nunc viresque tuas, & vana retundam
 Somnia, si conferre vlera mihi tela parabis.

Sic sit. Att illum neq[ue]quam dira misericordia
 Flos equis nimium Cygnus contempsit, ab axe
 Desiliit terra soboles Maurota Cygnus.
 Parte alia Alcides : Ionitum dedit æthere tellus,
 Tam valida percussa pedum gravitate caballos
 Autigæ impulerant propriæ, flagrisque citabant
 Cum gemini heroes cupidis in mutua dextris
 Arma terebantur. Veluti de vertice rupes
 Comparsatio Ho. Vitorrentis aquæ per taxa, per ardua montis
 ratio Hoc. Præcipitant, validoque trahunt secum omnia lapsu,
 mero fre- Strage data nemorum, quercus fractasque sub ipso
 quens. Eripunt alnos catu, p[ro]ctasque videntes,
 Dum subiecta petant montis, campique iacentem
 Planiciem, talis tum seddebat ab illo
 Campestri sonitus certamine, mutua pulsu

Hypersbole. Arma armis, rabido torquent glomerantque furore
 Hoc Ho. Mœnia Myrmidonum, viridisque Anchæ, & Lolcus,
 mero & Atque Helice concusa dabant, Arneque frigorem
 Virgilio semper Armorum strepitu, vocenque inclusa volant
 signum cladis. Mœnia, pulsati colles clamore resultant
 clades. Interæa, cum iam diris vulturibus aures
 Pugnantes implent, clari cum rector Olympi
 Intronuit Deuum omnipotens, summoque eruentas
 In gremium terræ itillabat ab æthere guttas,
 Dilecti facinus in honorem talia noti.
 Qualis in apricis (cum iam conceperit iras)-
 Compa- Montibus immanuetus aper deprendus, ut acres
 rario. Sunt adesse canes, venatoresque lagaces,

Præstat

Præstat, & arrectis horret sera tergora setis,
 Irratumq; minas iam congressurus apertas
 Concipi, & terrum calido vomit ore cruxem,
 Duraq; commissis ditorquet dentibus ora,
 Fulmineosq; oculos, faciemq; in fronte minacem
 Huc illucq; rotat dubius, vultusq; leuera;
 Haud lecus Alcides loue natus defilie altis
 Curribus in terram, currusq; cacumina linquit.

Et iam tempus erat, virides cum forte cieadæ,
 Ramorum attinet folijs perulante inerrant
 Vere nubo, tenui reuocantes carmine messem,
 Et marutinos per pinguia gramina rores
 Nocte abeunte legunt; quo iam cum Phœbus apertæ
 Lustriq; mundi seriem sua fundere plena
 Cerina vocē queant: cumq; omnis pullulat arbos,
 Et renues circum segetem naſcuntur aristæ,
 Nec metuit dulcis surgentes pampinus Auctos,
 Et verno Phœbus vites oppalliat æstu,
 Aut tor Ixantis Bacchus quibus assolet omnes
 Eripere infestas curas, animosq; leuare
 Inter se heroes hac tempeſtate ciabant
 Arma audi, pariterq; animis in bella feroces
 Certa ferebantur, raptorum mare leonum,
 Quæ natura feroci, & egestas cogit edendi,
 Ardua sectari furgentem in cornua cerauæ
 Quem cum mole sua superatum dente necarint,
 Inter se cupidi partæ pro corpore præda
 Certant, & validis feriunt rugitibus auræ,

Seu veluti gemini rostris in rupe repandis
 Vulturij miscent pugnas, certantq; cruentis
 Vagibus, infando cœlum clangore petentes,
 Si quem forte vident loca per sylvestria ceruum
 Cornibus horrendum, capremq; per alta fugacem,

Veris de-
scriptio.

Compa-
ratio.

Quam procul incantam nemora inter frondea fixit
 Pector agens telis, liquitq; volaile ferrum,
 Ignarus medias sylvas saltusque peragrans,
 Delapsæ fugiunt montes, vixque ægra trahentem
 Crura feram rapiunt discordi deute volucres:
 Sic duo fatigeris heroes cominus armis
 Congressi, validis impellunt vocibus auras,
 Maxque ibi sublatam Cygnus consurgit in hastam,
 Incerto Alciden cupiens extinguere telo,
 Agrestiisque agitur, clypeiisque insigne superbi
 Percusit feriens hasta, sed in orbe quietum
 Nequicquam telum pendens umbone resedit.

Acrius aduersum rorculus consurgit in hostem
 Alcides Cynum, & medium qua partibus hæret
 Aequis ceruicem tetigit, nexusque reuulsi,
 Quis galea & clypeus coëunt, qua cæde solutis
 Nerorum vincis, sed adhuc cum murmure lingua
 interficitur. In terram pronus ecedit. Cœu ructa securi
 Sternitur infando gemitu decidua quercus &
 Cœu lous ista sonat metuendo fulmine cautes:
 Sic terræ incubuit: magna simul arma cadentis
 Increpue re sono: cui cum fugisset in auras
 Vita leues, victo tum longè immunitior hoste,
 Alcides rapidi cautus vestigia Martis.
 Obseruat, trilli torquens fera lumina vultu.

Cœu leo, qui prædam noctus, totamque cruentia
 Compa- In diuersa trahit pedibus, tantumque fatigat
 natio. Dum cadat atq; animam superatam mortibus efficit
 Affidet, & cupido pascit sera lumina visu,
 Horrendumq; oculis agitur, circumque volutat
 Agmina, nunc humeros pulsans, nunc tergora cauda,
 Sanguineisque putrem pedibus conuerrit arenam,
 Denique sic totum furor immedicabilis aufert,

Vt nemo

Vt nemo aduersis illi concurrere signis
Audeat, aut propius motis consurgere rixas;
Alcides talem Marti se interitus offers.

Parte alia ingreditur Mars armiger, ore timendus
Sanguineo, ingentes itas sub pectora volvens.
Tum subito incubant validis clamoribus acti,
Alter in alterius stringentes pectora ferrum.

Ac velut excuso resoluta e vertice cautes
Excudit, & longum saltu defertur in orbem,
Dum cadit, & medium feriens in vallibus agmen
Impingat, reddatque sonum mons monte repulsus:
Haud seces aduersum Mars indignatus in hostem
Incidit, horrendo cœlum clamore fatigans.
Sed Iouis Aegiochi seboles veneranda praibat
Alciden Ioue patre satum, manibusq; ferebat
Aegida terrificam densa caligine circum
Nube superflua rectam; qua freta, superbum
Ingreditur tali verborum fulmine Martem.

Define iam tandem tristi contendere pugna,
Atq; animos cohibe: neq; enim magno Hercule vi Pallas
Victorem ereptis spolijs te excedere pugna (& Marti,
Fata sineat: verum ista precor tam dura coerce
Arma, nec hanc nobis veniam luſtando recusa.
Talibus haud quaquam dictis violentia Martis
Fleſtitur: exuperat magis, aegrotitq; medendo,
Ingressusq; iterum Alciden feruentior, hostem
Occidens, & illum, atq; illius arma iacentis,
Si qua fata finant, mox erepturus, in illum
Inſiluit, telumq; manu vibrante retendit
In clypeum, cæsi miserando funere natu
Vicisci interitum cupiens. sine vulnere telum,
Pallidis armigeræ dextra auertente, repulsum eſt.
Irratus diua Mars auxiliante, perisse

Græcorū
mare alijs
as ex alijs
compara-
tiones
colligit.

Tam bene conceptum iaculum, atq; obuius enscom
 Arripit, atq; iterum fertur furibundus in hostem
 Amphitryoniaden, verum ille interitus omnes
 Excipit in cursus, femoriq; ubi vidit apertam,
 Nec rectam clypeo, confixit arundine partem:
 Ingentem clypeum, maguiq; volumina scuti,
 Ita tam valido media intercidit, at ille,
 Protinus incubuit madidæ superatus arenæ
 Acurrunt Pauor atq; Metus, dominumq; iacentem
 Excipiunt, telluniq; solo, corpusq; volanti
 Mox curru impositum, fuga non mortalis equorum
 Abstulit æripedum, mediumq; per æthera vexit,
 Num miser in summum venit derilus Olympum.
 Tum satus Alcmena socio comitante Iolo,
 Exuuijs, Cygni pariter, spolijsq; potiti,
 Ascendere iterum currum, Trachina perentes
 Mœnia: te Pallas dea non mortalis in astra
 Erigit, & summi petit ardus testa Tonantis.
 Interea cælo trudet vulnere nato
 Iulta facit Ceyx: pariterq; ea funera mœstus
 Prosequitur populus lacrymans, qui proxima seruare
 Merita, Myrmidones, Anthea, Arneq; & Iolcas,
 Atq; Helice, qui supremum comitantur honores,
 Intersuntq; patris lachrymis, luctumq; sequuntur.
 Obruit illius tumulum populator Anaurus,
 Hybernis aquæ pluvijs niuibusq; resurgens.
 Hæ illi Arcitenens dederat mandata: quod ille,
 Munera qui Delphis Centumtaurilia Phœbo
 Anoua pendebat, media spoliasset adortus
 Sepe via, & tanto Phœbū fraudasset honore.

HESIODI ASCRÆI
 THEOGONIA, BONINO MOM-
 BRITIO PATRITIO ME-
 DIOLANensi IN-
 terprete.

INCIPIT A M à Musis, Heliconis, carmen, alumnis,
 Quæ iuga sacra colunt montis, spacioſaq; terga;
 Nunc fontem solitæ circum saltare pigrantem,
 Nunc Iouiam choreis ambire procacib; aram,
 Et vel Teræfæſſi, vel fluctibus Hipocrenes,
 Vel formola tuis Holni diuine ſub vndis
 Membra lauant: ſummas Helicon qua v̄erberat auras,
 Mobilibus per stagna choris dulciq; corona
 Exultant, pedibusq; ruunt hinc inde decoris,
 Densior has operit liquidis è fontibus aér.
 Nocte meant, pulchra nec eunt ſine voce canentes
 Aetherumq; Iouem, cultæ & Iuonis in Argo
 Numinæ congeſto ſoleis hæc vritur auro.
 Additur his Pallæ, magnus cum Pallade Phœbus,
 Et quæ noctiuagis gaudet Diana ſagittis.
 Teq; canunt Neptune pater qui numine terram
 ſæpe moues, magnamq; Themin, pulchrâq; Dionæs
 Quamq; Venus nigra nimium formosa pupilla,
 Quamq; fit auratis Hebe ſpectata coronis.
 Nocturnis themorant Lunam, Solemq; diurnis
 Ignibus Oceanumq; ſenem, Terramq; parentem.
 His ſubit Iapetus, nigra Nox Latonaq; mater,
 Quæq; diem crocea defert aurora quadriga.
 Teq; prætereunt grauior Saturne, nec vilum
 Quem genus à cœta ſcierint duxile deorum.

Haec prius Hesiodo, tenues dum pasceret agnas
 Monte sacro, pulchram dederant ad carmina vocemque
 Meque; istis primum compellauere susurris;
 Pastores studio quibus est sylvestris auena,
 Duntaxat ventres & carpi criminē dignis
 Scimus falsa loqui non pauca simillima veris,
 Scimus vera loqui, fari cum vera velimus,
 Sic doctae magni Musæ Iouis inelyta protiles,
 Tum sceptrum legere ex lauro, ramumque dederuntque
 Divinamque ambas vocem sudere per aures:
 Ut iam quæ fuerint, & tunc futura valerent.
 Ergo beatorum genus est, dixere deorum:
 Sequuntur ipsas priorem cancerem, tum si qua placebent.
 Sed quid cum tyluis agimus, vel (talijs) petris?
 Principium à Masis igitur deducimus, illæ
 Laude animum patris exhilarant: plerunque canentes
 Quæ sit, quæ fuerint, & quæ ventura trahantur,
 Vox concors atque indefecta canentibus illis.
 Adde quod aula patris solet arridere dearum
 Carminibus: resonat domus alta niuialis Olympi
 Cœlicolum domus. immortalis vox sorores
 Diuorum genus extollunt, laudantque canendo.
 Principio quo terra dedit, cœlumque rotundum,
 Et diuum quicunque genus deduxit ab illis,
 Deinde Iouem memorant, hominumque deumque parentem;
 Principium finitumque sit carminis ille;
 Sit quia maior dijus, & præstantissimum horum:
 Quid quod & humanum genus, ipsorumque Gigantum
 Dum memorant, mentem cogunt gaudere paternam,
 Musæ Olympiades, comitri Iouis Aegide natæ,
 Nincmosynæ soboles, obliuio certa malorum,
 Curarumque quies, sacris has mater in oris
 Pieræ, magno peperit commixta Tonanti.

Mater

Mater Eleutheris præterat: cui Iuppiter, ylo
 Haud diuum præsente, nouem sub noctibus habet,
 At postquam multas annus fuit actus in horas,
 Et sua cœperunt afferre pericula menses,
 Ecce noxem ad numerum nocturni pignora furti
 Vno Maemosyne peperit pulcherrima nixu,
 Læta puellari fœtu. nam carmina Musæ
 Semper agunt, vacuamq; gerunt formidine mentem.
 Mentem, quæ niueo multum non distat Olympo.
 Sunt illis pulchræque domus, populiqe beati:
 Quas pariter Charites, Desideriumq; frequentant,
 Voce sonant læta, labijs modulantur aincenis.
 Cœlicolum legesque sacras moresque canendo,
 Forte hilares cœlum formosa voce petebant
 Immortale canunt, concentu terra renidet,
 Adde pedum dulces strepitus: ibatur ad ipsum
 Namque Iouein, summis Deus is dat iura colonis,
 Ius habet & leui tonitrus, & fulminis ille,
 Vi patrem superans Saturnum: singula diuos
 Inter agens, æquæ meritos discernit honores.
 Talia cœlesti cantabant arcæ sorores,
 Clioq; Elæterpeque iuuahs & docta Thalis,
 Melpcmene, lætis & Terpsichorea choreis:
 His subeunt Eratō, memoriique Polymnia mentes:
 Addimūs Vranien, & quæ manet ultima quanquam
 Calliope cunctas supereminet vnicâ Musas.
 Hæc clara sequitur reges, quibus extat honori,
 Cætera Musarum concordi lege cateruas:
 Ora solet régum dulci sustundere rore,
 Quo sit, ut à linguis illorum dulcia latet
 Verba fluant, præstantque fauis collata saporis.
 Hunc unum aspiciunt populi, quem munere donat
 Calliope: seu fas dubium, seu iudicet æquum.

Quia

Quin solet oblatas verbo requiescere lites,
 Huic igitur voco prudentem; quod adesse honorum
 Sepe rei, tutò solet & punire nocentes.
 Mollibus effatur verbis, dulciq; lepore
 Virtut, atq; suo facile im petrat omnia mutu.
 Vtq; Deo itat honos illi, dum permeat urbem,
 Mellitusq; pudor micat inter deniq; coetus.
 Qualia sunt homini, dare quæ nouere Camenæ.
 Vas ò cantores, & qui citharædus haberis,
 Munera Musarum in regis, & Apollinis estis.
 Ab Iove sunt vates; felix, quem deniq; Musæ
 Observant; huius dulcis favus exit ab ore.
 Præterea si quem luctus, lachrymæq; frequentes
 Possideant, animamq; vranti miseribus intus,
 Deniq; illi Musæ numeros, artemq; canendi,
 Peccatores veterum latè quæ promat honores,
 Cœlicolasq; malo incipiunt nos ille prioris,
 Qui d' tulerat; tantum auxilio sunt dona deorum,
 Ad Ioue saluere natæ, dæs Carmen amorem;
 Diuorum cantare genus, quij specula viuntur
 Quos genuit Tellus, & multo lumine Cœlum,
 Et nigra Nox, falsis & quos Mare pavit in vadi,
 Dicite quo diui fuerint, quo munere terra,
 Quo mare, perfectis quo condigat lumen aripis,
 Alteq; cum radijs & latus desuper orbis:
 Quiq; ex his diui fuerint, rerumq; dætores:
 Quis diuisit opes, & quis diuisit honores,
 Vnde vel his olim sublimis cessit Olympus,
 Dum licet, ista mihi cœli narrate colonæ,
 Et mundo quæcunq; prius sunt edita rerum.

Principio confusa Chaos, sine imagine moles
 Extitit, hinc vacuis Tellus apparuit arbis,
 Nam prius ipsorum pavimentum facta deorum est;

Quondam

Quendam qui cælo sedes habuere supremo:
 Terra de hinc vna sunt vila dehincere terra.
 Et mox pulcher Arbor surgit, mediisque deorum
 Cernitor: hic illo forma supereminet omnes;
 Membra Dei latè soluit d. uimque vitumque,
 Consilium, atq; ipsam dominatate sub pectori mense.
 Deque Chao, tenuis Erebus, Notaque atra resultant.
 Acheta Nox, ipsumque Diem insitum puerit:
 Quos Erebo coniunct poperit laetitia amarit:
 Tum quaque sidereum Tellus grauis edidit orbem,
 Par sibi præ cunctis Coelum quo tegmen haberet,
 Magnorum & fieret pavimentum Iola deotum;
 Hinc motes, grataque tulit contulibus imis
 Radice, Nymphæ sedes ubi sapienteris.
 Quid mare non dumiri memoré, solumq; præcessis
 Aperiumq; metu pterit hoc quoque pignore tellus,
 Nec mora concubuit Cælo: bis sera repente
 Stirps oritur, tumidis magotis prius emitat vndis
 Oceanus subit Iapetus: nec defuit ingens,
 Cœus, cumque ipsa Satys est Hyperione Creon,
 Nataq; Mnemosyne, Themis, & Rhea, pulchraq; Te-
 Quiq; micas tertio Phœbe spectabilis aureo, (thys,
 Ortaque Thea grauis demini Saturauit: is armis
 Consiliumque gerit tacito sub pectori vafrum,
 Omnibus hic grauior natis: tenerumque parentem
 Carpit, & hunc multa solet incusare querels.
 Addidit his animo Cyclops Ton a superbo,
 Cuic Bronte Alteropem, nec viuidos absuit Argos.
 Hi fulmen eudere levi, Tonitrumque dede: ea
 Cetera sunt diuis similes: micat vnu in ipsa
 Fronte oculus, currusque aurem sedet inter utramq;.
 Id Cyclops, quod eis itat pro cognoscere, monstrat,
 Nomine teque putes notos, suis horrida ritus

Effigies

Effigies, & erat monstrosum lumen instar:
 Omnis ab assiduo vis est infrausta labore.
 Verum alios Tellus Cœlumque creavit alumnos
 Tres iij sunt numero, multo stet nomine fama:
 Cum Gygi Briareum numerant. Cœlumque, superba
 Pignora: Titanas his Iuppiter vsus in hostes,
 Quinquaginta comas quiuis centumque lacertos
 Gestat in accessos; audet contingere nemor:
 Vis ingens, magni quam corporis & quat imago.
 Hi sunt quos cœlum, materque atq; illius vox
 Terra satos genuere, malis grauioribus omnes
 Vicerunt, nitidumque infestauere parentem
 Principios verum ferie nascentibus illis
 Sub Styge damnatos, imæque voragine terræ
 Occuluit. Cœlum patrem mala tanta iuuabant:
 Ipsa graues dederat gemitus sub pectore Terra,
 Atque dolos animo nimium concepit iniquos.
 Tum niueum fabricans adamanta, sagaciæ arma
 Molitur, curuamque vocat cognomine falcem.
 Iamque sui coram iterant ex ordine nati,
 Talia cum irato tandem sermone profatur:
 Pignora, si matris insisteret, sautique parentis,
 Si puer sint animo, dulcissima pignora, vobis
 Verba, pater poenæ operis dabit ante patrati.
 Scilicet inuentor primus fuit ille malorum.
 Talia dum loquitur, natos tremor incutit omnes.
 Nil verbi: labijs cohibent nam verba sub imis.
 Haud mala, Saturnus grauior, fidensque iuventa,
 Surgit & hanc earam compellat voce parentem:
 Hoc opus, o mater, manibus peragetur ab istis
 Pollicetur: neque enim me iam patris villa tenebit.
 Cura, quod inuentor primus fuit ille malorum.
 Dixerat ipsa animo retinet vix gaudia mater,

Remque

Remque hanc non vlli credit, sedet ergo, tacetque,
 Quid moror? infandum Saturno tradidit Harpen,
 Instruxitque dolis. Cœlum dehinc attulit umbram
 Noctis, ut ingratis peteret cum coniuge somnos,
 Iamque procax auidis nimium distenditur vlnis;
 Insidijs puer excedit, gladioq; timendus
 Seuit & in coelos vibravit tela paternos:
 Tergaq; post (neque enim frustra) proiecerat illos.
 Namque quod exierant fecundo sanguine guttae,
 Terra tot ebibit: hinc longus sibi vertutur annus,
 Et mox Tartareæ coram cernuntur Erynnes,
 Horriscisque graues sonuere Gigantes in armis.
 Hinc & quas Melias vocavit, sit origo deabus.
 Ast ubi cœla patris adamante virilia Cœli,
 Aequoreasque ea Saturnus proiecit in undas:
 Iamque diu frustra pelago sunt vila natare,
 Candentes circum spumæ, quibus inclita tandem
 Virgo erit, primumque facili nata orta Cytheris,
 Fluctibus argutam peuit hinc Venus aurea Cyproni:
 Plurimus oris horos illi, facieque verenda
 Ambulan, & teneris vestigia luna ab herbis.
 Hanc homines varioque vocant cognomine diui;
 Nuac Aphrodite, nunc ea dicitur Aphrogenia,
 Quod prius à spumis illi tradatur origo,
 Quod late sit Cypti, dea Cyprogenia vocatur:
 Haec quoque sape leges Cytheream: causa putatur
 Illa quod admortis prius appulit orta Cytheris.
 Sunt & qui diuam meritò Philomedea dicant,
 Quod dea testiculis quondam sit nata marinis,
 Sepe locus matri comes it, cœcusq; Cupido
 Illa deus coram Maiestatemque salutat:
 Is fuit imprimis honorilli denique fortæ!
 Dicitur hæc hominum medio sortita, deumque

Virgi-

Virgineos ea sermones, risusq; dolosq;
 Fert & amicitiam, nec delectatio longe
 Cernitur: astiduo apud hanc dulcedinis vlos
 Inuenies, & nec sine mansuetudine vivit.
 At sua Titanas Coelum cognomine dixit
 Pignora, pignoribus crebro dum litigat ipsis,
 Quicquid agant, vocat intentos ad pessima semper,
 Crimine pro tanto pœnam sibi iure daturos.
 Nox quoq; mox Sortem peperit, Parcamq; nigrante,
 Et Mortem: nec vos partu puto Probra reliquit.
 Nec mora, cum somnis insomnia parturit: atq;
 Qui culpas hominum carpit, delicta q; Momon:
 Et quas Hesperidas vocitare, quibus aurea cura
 Mala per Oceanis ripas horresq; fuerunt.
 Et vos Fata parens inuicto pectora semper
 Gignit, & aternas immitia numilla Parcas:
 Clotho q; & Lachesis, surdas & quæ gerit aures
 Atropos. hæ bona sunt, & pessima tradere dictæ.
 Errores hominum obseruant, culpasq; deorum:
 Nec locus insidijs quas has posuere, quiescit,
 Donec in expositos pœnz reus incidat vacos.
 Filiaque obscuræ fuit indignatio Nocti,
 Nulla viris grauior pestis magis obfuit vñquam.
 Hinc & Amicitiam peperit, Fraudemq; latenter,
 Atque Senectutem, canis adit ista capillis.
 Ultima pignoribus tumido Lis additur ore.
 Filius huic Labor est, modicaque Oblivio mente,
 Debilibusque Fames membris, vacuoque palato.
 Adde graues lachrymis & tristi corde Dolores,
 Praeliaque, & pugnas, & multo sanguine Cædes.
 Quid quod & hanc vocitant caram Mendacia matræ?
 Ambages, multaque grauis Victoria præda:
 Lazioque, veris Infamia noxa cachionis,

Plus alij geminæ ſibi conſuuerē viſiſſim.
 Quia & praefectum genuit iurantibus Harcum,
 Officit is, falſe cœta ſunt periuria lingue.
 Nerei ſincerum pontus, verboque ſeu erum,
 Progeuuit: natis ſenior ſolet ille vocari.
 Grandæuum plærique vocant: quod nullus in illo
 Sit dolus, & culpa vitam non inficit ullas;
 Quod sit mansuetus, quod fas, quod iura ſegnatur,
 Conſilijs quod sit mihiſ, largitor & æqui.
 Teque erat Thaumas Pentus, Phoreumq; ſuperbum
 Coniunx terra fuit, tulit hac quoque coniuge natas
 Ille duas, pulchrate Cete fronte priorem:
 Eurybien, cui mens adamantia facta, ſecundam.
 Porro coma laudata nimis pulcherrima Doris
 (Edidit hanc pater Oceanus ſub finibus orbis)
 Virgo ſeni nupsit Nereitorus, æquoris vada,
 Gratus, in hoc nimphæ natæ dicitur aquilæ,
 Eucrate, Thetis, & Proto, Spioque, Sãoque,
 Eudore, Glauceq; procax, kharisque Galens,
 Doro, Dynamene, niueis Eunica lacertis,
 Cymothoe, Thalie; quiibus addimus Amphitritem,
 Paſteen, Meliten, formoſoque ore Pheruam,
 Protoq; & multos Erato quæ cœpit amando:
 Eulimenen poſthac, & quam miramur Agaue,
 Dorida Neſzen: nec te Galathea reliquit,
